nexa ordini ſacro ex ſtatuto eccleſie. Item nota ꝙ cū oritur: an matrimoniū per uiolentiā cōtractū teneat abſolute rñdendū eſt ꝙ cū matrimoniū cōſenſu cōtrahat̄ ſi mulier uerbis cōſentiat uł ſignis uel ſaltē nō cōtradicat ī corde tñ nullo mō cōſentiat: ſed magis diſſentiat q̄cunq; coactione: ſeu metu hoc fecerit nō eſt matrimoniū. Quādo ergo doctores dicūt ꝙ ſi non fuit metus cadēs in cōſtātē uirū tenet mr̄imoniū: intelligēdū eſt nō q̄tū ad ueritatē: ſed quantū ad iudiciū ecclſie q̄ ex exterioribus iudicat. Nota ēt ꝙ mr̄imonia clādeſtina ſunt ꝓhibita & iō q clādeſtine contrahunt: uident̄ mortal̄r peccare dato ꝙ matrimoniū teneat nec debent abſolui niſi publicent ea ꝑꝑ multa ſcādala q̄ ſolent ex eis oriri. Scito ēt: ꝙ & ſi tꝑe ab eccl̄ia ꝓhibit poſſint cōtrahi ſponſalia de futuro: & etiā matrimoniū qđ ſolo cōſenſu cōtrahitur nō tñ poteſt matrimoniū cōſumari: & q cōtrariū facit peccat mortaliter. Tempus aūt ꝓhibitum eſt ab aduentu uſq; ad epiphaniā nō includēdo octauam epiphanie: & a ſeptuāgeſima vſq; ad octauam paſche: & a tribus diebus ante aſcēſionē vſq; ad octauam pēthecoſtes excluſiue: ideſt excludendo dñicam que eſt octaua ipſius, ſi haberet: illla enim die poteſt matrimonium conſumari. Nota deniq;: ꝙ ſi mulier fornicetur, pōt vir ſeparari ab ea: ita tñ ꝙ cū fornicatio ei conſtat: licet non ſit publica: per ſeipſum pōt ſeparari a thoro: & nō reddere ei debitum: & eadem eſt ratio de vxore reſpecto viri. Et nota: ꝙ ſiue fornicatio ſit publica, ſiue ſecreta dūmodo ſit certa viro vel coniugi reſpectu viri ſi non ſperatur correctio vel non īmineat innocenti periculū fornicationis, ſeu mortis ex denegatione debiti vel niſi ex hoc fornicans efficiatur peior: nullo modo debet non peccans peccanti reddere debitum aliter grauiter peccaret: quia videret̄ peccato eius conſentire. Separari autem quo ad cohabitationē nō pōt ſine iudicio eccleſie: niſi fornicatio ſit ita notoria: ꝙ ꝓbatione non egeat. De redditione autē debiti: & de peccatis que ſunt in matrimonio: in ſequētibus dicemus: qñ de pctis

luxurie tractabimus, quia enim hoc pctm̃ eſt turbe, non eſt frequenter repetendum in cõfeſſione, ſed ſemel ſolum & quanto breuius fieri poteſt debemus diſcurrere p eas q̃ ptinent ad cõfeſſionem eſſentialr: & ad alia tranſire.

¶ De ſuperſtitioſo cultu.

INterrogandus eſt ẽt peccator de ſupſtitioſo cultu q eſt contra religionem. Vbi nota: ꝙ religio eſt virtus per quã exhibemus debitum cultum deo tanq̃ vniuerſali principio: & gubernari oĩum. Vbi nota: ꝙ ille eſt debitus cultus q eſt ordinatꝰ a ſpiritu ſancto vel ab apoſtolis vel ab inſtitutione, ꝙ conſuetudine eccleſie vniuerſali vel ẽt ab antiqua cõſuetudine alicuius eccleſie particularis. Qui ergo ſequunt̃ cerimonias iudeoꝝ vel paganoꝝ: ſeu aliũ cultum ab eccleſia prohibitum: mortaliter peccant. Reprehendendi ſunt etiam, qui volunt inuenire nouos modos adorandi, q non ſunt conſueti in eccleſia dei. Peccant ẽt cõtra hoc grauiſſime idolatre: negromãtici: & malefici: & mulieres incãtatrices, & quicũq; alij exhibentes cultum diabolo: ſiue expreſſum: ſiue ocultũ. Habemus eni cõtinuũ bellũ cum diabolo, & ideo nullo mõ debet qs habere pacta cum eo: nec occulta, nec expreſſa. Et ideo incantatores & diuinatores & q dicunt ſe inuenire furta per varias ſuperſtitiones: & portantes breuia ad collũ cum caracteribus & nominibus ignotis & ſuſpectis; & qui ſequunt̃ ſomnia, & certas diuinatiões ſuperſtitioſas: non ſunt abſoluẽdi: niſi a talibus deſiſtant. Nota ẽt: ꝙ nõ debẽt noua corpora ſanctoꝝ: nec reliquie eoꝝ publice venerari: niſi prius hmõi reliquie auctoritate romane eccleſie fuerint approbate. Sanctorũ vero reliquias approbatas emere vel vendere ſymoniacum eſt, & qui furantur eas etiam vt honorificentius collocẽt ſacrilegium committunt.

¶ De accidia.

INterrogandum eſt vltimo de accidia que eſt triſtitia de bono diuino: vt puta cũ qs triſtat̃: ꝙ deus vel eccleſia dei p̃ceperit ea que p̃cepit: & ſi in tm̃ triſtatur: ꝙ

ex odio h;:eſt pctm̄ mortale. Similr ēt ſi ꝑpter hoc deſi- ſtit a bonis opetibꝰ ad q̄ obligať ex p̄cepto aliter videtur pcm̄ veniale. Et hec dicta de prima tabula ſufficiant.

¶ Sequitur de preceptis ſecunde tabule.

DE ſecunda āt tabula tractātes, dicimus eā ſeptem precepta cōtinere. Etenim tabula eſt que ptinet ade delectionē ꝑximi, cui debemus bn̄facere nō malefacere Quantum ergo ad primum habemus pceptū de hono re parentū: per quē intelligimus qđlibet beneficium exhi bendum, nō ſolum parentibus: ſed etiam ꝑximis qbuſ- cunqꝫ. Quantum vero ad ſecundū: ideſt ad nō male fa- cere, habemus alia precepta huius ſecunde tabule. Ma- lū autem proximo tripliciter fieri pōt: ſcilicet opere: lin- gua, & corde. Opere qdem adhuc tripliciter vel in pſona ꝓpria: & ſic habes p̄ceptum: (Non occides.) vel in perſo na cōiuncta, & ſic habes: (Non mechaberis.) vel in rebus cōiunctis: & ſic habes: (Nō furaberis.) Si aūt lingua: habes. (Non falſum teſtimonium dices.) Si corde du- pliciter vel in pſona coniuncta, & ſic habes. (Non deſi- derabis vxorē ꝑximi tui:) vel in rebus coniunctis & ſic habes. (Non cōcupiſces rem proximi tui.)

¶ De honore parentum.

QVartum ergo p̄ceptū in ordine ad decem: quod eſt primum ſecunde tabule eſt. (Honora patrē tuum, & matrem tuā.) Vbi nota: ꝙ ad cognoſcendū qn̄ eſt pec catum mortale in honoratione parentum: debes cōſide- rare verba vel facta, ſi ſint notabilis cōtēptus, quia ſic eſt mortale. In dubiis tamē non eſt precipitanda ſententia: verū acriter arguere debes filios ſemp pro omni inho- noratione erga parentes: & iſte honor intelligiť etiā circa ſubuētionē corporis: & anime. Interrogandum eſt etiam qualiter ſe homo habuit ad ſuos inferiores: ſi īferiores habuerit: vtputa princeps ad populū: p̄latus ad ſubdi- tos. pater familias ad coniugem. ad filios, ad ſeruos, & ad ancillas. Et ſimiliter inferior qualiter ſe habuerit ad ſupiores quoſlibet: & ſm inobedientiam vel irreuerētiā

peccatorem condemnare. In hoc enim hic non pōt dari regula generalis: ſed oportet conſiderare iniuriam inferiori factam: & irreuerentiā ſupiori ſm regulas precedentes vel ſequentes vel magis hoc reliquit prudentie confeſſoris Interogandum eſt ēt qualiter ſe habuerit ad equales: maxime ad benefactores: vt ſi cōtempſit beneficia vel alio modo non fuit gratus: & tunc iudicandum erit de mortali vel veniali ſm cotemptum pximi vel dānū factum Potes ēt parentes interrogare de teſtamentis q̄ faciūt: ſi iniuſte & ſine cāſa rōnabili exheredant: quos exheredare non debeāt: qa grauiter pecant. Filii quoq; & heredes tenent in ꝯſcientia ſeruare eſt q̄ in teſtō legant niſi ſint penitus irrōnabilia: & maxime pia legata p aīa t. ſtatores nō debent retardare: qa grauiter peccāt & ſi ex toto nolunt ea adimplere: peccant mortaliter: & cunſueuit contra eos fieri excōmunicatio ſynodalis.

De homicidio.

QVuintū pceptū; eſt. (Nō occides:) vbi nota: ꝙ homicidium pōt tripliciter accipi: ſcilicet corporaliter: cordialiter: & ſpiritualiter Per homicidiu; corpalē ītellige tu hoc loco q̄libet offenſionē factā in pſona proximi. Cordiale āt eſt odium: quod aliqñ ex ira vel inuidia pcedit, de qbus tractandū eſt in hoc loco. Spirituale aūt eſt duplex, primo p cōmiſſionē: ⁊ hoc eſt ſcandalū: ſecundo p omiſſionē, & hoc eſt omiſſio correctionis fraterne: Interrogandus eſt ergo peccator primo de offenſione reali facta in pſona proximi. Pro qua nota: ꝙ quelibet talis offenſio facta a pſona priuata .i. que nullū ius habet ſuper perſonam offenſam: ſi eſt notabilis, eſt peccatum mortale, qa eſt cōtra charitatē proximi, ſi aūt eſt leuis eſt veniale. Et nota ꝙ torneamēta, in quibus milites ex cōdicto conueniunt ad oſtentationē virium, & audacie: prohibita ſunt ab eccleſia: qa in eis mors aliquorum frequenter cōtingit. Si qui ergo ea faciunt: mortalr peccant, & ſi quem ibi occidūt, rei ſunt homicidii, & ſūt irregulares. Et nota: ꝙ haſtiludium, quod vulgariter

dicitur la gioſtra: non eſt torneamentum: vnde non cre-do milites peccare: preſertim mortaliter qñ bono fine ſe exercent in haſtiludio: videlicet vt adiſcant bellare volē-tes eſſe milites, & artem militare; iuſte exercere, dūmodo hoc faciant ſine periculo cū haſtis debilibus, & ſine fer-ro periculoſo. Nota etiam, ꝙ ars baliſtrarum eſt prohi-bita ſub pena excōmunicationis exerceri cōtra chriſtia-no in bello iniuſto, ergo videtur ꝙ multo magis exercen da non eſſet ars ſclopetarum, & ſpingandarum. Interro gandus eſt etia; de homicidio cordiali, ideſt de odio vbi nota, ꝙ quotiēſcunq; aliquis deliberate appetit ex odio vel p ſe vel p aliū inferre pximo notabile damnū peccat mortaliter, Hoc autem intelligo, qñ inter diuerſos ap-petitus iteruenit alia cogitatio, quia ſi etiā per tota; die; continuaret actus odii, non eſſet niſi vnum peccatu;: qđ tñ tanto grauius eſſet, quanto diutius duraſſet. Item no ta, ꝙ ſiquis nollet inimicum ſuum offendere: nec ipſe ab alio offendi: ſed tñ delectaret̃ cogitare: deliberatá ratio ne, malum notabile de eo: puta ꝙ occideretur vel vulne-raretur, ita ꝙ quaſi intra ſe dicat. Nollem ipſum habere talia mala: tamen delectat me iſta cogitatio: & ita cōſen tit deliberate in delectationem illius cogitationis peccat mortaliter: quia iſte cōſenſus nō pōt propter hoc, qa ho mo diutius immorari in tali cogitatione, ſed quia cōſen tit ſic in ea īmorari. Nam ſi ēt p totā diem in tali cogita-tione īmoraret̃, & non cōſentiret, ſe in ea videlicet delibe rate īmorari, ſed ex fragilitate immorat̃ in ea, nō ad uer tēs negligēter eā expellēs, non pōt de mortali pcō cōdē n nari, piculoſa eſt tñ magna negligentia circa hoc.

¶ De inuidia.

INterrogandus eſt etiam de inuidia, & ira ex quibus frequenter oriuntur homicidia. Inuidia aūt eſt tri-ſtitia de bono alterius, eo ꝙ tale bonū exiſtimat diminu-tiuum proprie glorie vel excellentie. Et hoc peccatū com muniter accidit in his qui volunt in aliquo ſingulares eſſe: ut videri: vt in regno vel in diuitiis vel ſcientia vel

artibus & eſt peccatũ ex mortale genere ſuo, quia eſt ex-
preſſe contra charitatem. Poteſt tamen eſſe veniale: vi-
delicet in rebus paruis: vt eſt inuidia puerorum vel quã
do non interueniret conſenſus.

¶ De ira.

IRa aũt eſt appetitus inordinatus vindicte. Qui
ſi eſt de malo notabili cõtra ꝓximum eſt mortale, ſe
cus ſi aliquo paruo qui ſe querit vẽdicare vel actus non
habet perfectionem conſenſus. Poteſt etiam eſſe morta
le, ſi ex nimia ira quis blaſphemat vel aliquid facit: qđ
ex genere ſuo eſt mortale.

¶ De ſcandalo.

INterrogandus eſt ẽt de ſcandalo, & correctione
fraterna, q̃ ſunt homicidia ſpũalia. Scandalũ au-
tem eſt dictum vel factum minus rectum, ꝑbens occaſio
nem ruine. Q ñ ergo qs ex dicto ſuo vel facto cuiuſcũqꝫ
generis ſit: intendit alium trahere ad peccatum mortale,
mortaliter peccat. Si autem intendit trahere ad veniale,
non peccaret mortalr: niſi illud qđ dicit vel facit, ſit pcm̃
mortale. Q ñ autem qs non intendit per dictum ſuũ uel
factum trahere ꝓximum ad pcm̃: tñ ꝑcipit ꝙ ſi dicit vel
facit illud ille qui eſt infirmus ruet ĩ peccatum mortale
ſi illud qđ dicit vel facit eſt de ſe malũ vel nec bonuꝫ, nec
malum ex ſe faciens vel dicens illud, non curans de ꝓxi
mi ꝑiculo: peccat mortalr. Si autẽ illud qđ dicit uel facit
eſt bonum. ſed tñ non eſt de neceſſitate ſalutis. ita ꝙ nõ
tenet̃ illud dicere vel facere, veriſimilter ꝑcipit ꝓximum
ſuuꝫ ꝓpter illud ſcãdalizari ex ĩfirmitate ſua: & in pctm̃
mortale ruere, etiam mortaliter peccat, ſi facit vel dicit il
lud: qa cõtẽnit ſalutẽ ꝓximi, & cõtra charitatẽ agit. Et
ideo debet pro tunc dimittere illud, & aſſignare rõnem ꝓ
ximo, q̃re id dicit vel facit. Si autẽ aſſignat rõnem: pro-
ximus ille adhuc ꝑmanet ĩ ſua fantaſia: & ſcãdalizatur
relinquẽdum eſt ſibi, qa tunc eſt ſcandalum phariſeorũ,
de quibus dixit ſaluator noſter. (Sinite illos, qa ceciſũt
& duces cecorũ) Si vero illud dictum vel factum eſt de

neceſſitate ſalutis vel ita manifeſte bonum, vt nullus ex eo niſi ꝓpter ſuam malitiā poſſit ruere in peccatū, tunc nō peccat, qui illud facit vel dicit, etiam ſi ſcādalizat̃ proximus, q̄a hoc eſt ſcādalū receptum, nō datum. Q ñ aūt q̄s nec intendebat ꝓximū trahere ad peccandum: nec ꝑcipiebat ipſum ꝓpter ſuū; dictum vel factū ruere in peccatū mortale: tamen factū vel dictū eius tale erat: & in tali loco: & tempore ꝙ debuiſſet hoc ꝑcipere: ſi ex hoc ꝓximus ſcadalizatur: nō excuſatur etiam a peccato mortali: & p̄ſertim ſi illud qđ dicit vel facit eſt peccatu; mortale. Q uādo vero nullū p̄dicatorum ꝯcurrit vel eſt veniale vel nullum peccatum: De iſto igit̃ ſcādalo: & eius circūſtātia eſt interrogandū diligenter: q̄a fere totus mondus hoc vitio periclitatur: mxime mulieres: que ſunt cauſa iafinitorum peccatorum ex laſciuo earum ornatu.

De corretione fraterna

Corretio fraternas eſt medicina charitatis adhibita morbo ꝓximi: ideſt peccato vel preterito vel preſenti vel īminēti: ne ruat in damnationē eternā: ad quā q̄libet tenet̃ ex precepto Q ñ ergo quis ꝓbabilr credit: ſe poſſe aliquē ſiue inferiorē: ſiue ſupiorē: ſiue equalē a mortali pcō preterito vel p̄ſenti vel ne i futuꝝ ruat: per verba ſua vel opa vel correctiones liberale: ſi timore vel amore ſui non facit: maxime qñ videt: ꝙ nec alius hoc facit: peccat mortaliter: ſicut ille: q̄ elemoſynā nō facit exiſtenti in extrema neceſſitate. & qñ peccatum eſt ſecretū: & nō vergit in periculum fidei vel totius reipublice: debet quilibet primo corigere inter ſe & ipſum ſolum: vt dicit dominus in euangelio: ꝑꝑ hoc vt fama vniuſcuiuſq; ſeruetur. Si aūt hac corretione pluries facta: ille non emendatur: d; adhibere teſtes bonos & fideles: & prudentes. Et ſi nō vult corrigi: d; dicere prelato: & publice accuſare: quia melior eſt aīa q̄ fama. Si aūt pctm̄ vergeret in detrimentum fidei: vtputa: q̄a aliquis hereticus ſecrete ſuauertit ſimplices vel in ꝑiculum reipublice. vtputa: quia aliquis vult ꝑdere ciuitatem: tunc ſi q̄s quaſi pro certo ha

ret: ꝙ ſecreta admonitio ſufficeret: deberet eã facere. Sꝫ ſi videret piculum eſſe in mora: deberet ſtatim ꝑdere tale pctm̃ ei: qui poſſet talꝭ ſcandalo prouidere: qꝛ bonum cõmune p̃cedit particulare. Interrogandi aũt maxime ſunt parentes circa correctionẽ filioꝝ: & p̃lati erga ſubditos: ſed hodie fere hoc p̃ceptum ab oĩbus ignoratur. Immo ſiqs pctm̃ ſecretum cõmiſerit, & alius hoc audiat vel videat non ad correctionem fraternã ſe confert ſꝫ ad poblicatione. Et ita dupliciter peccat .ſ. per omiſſionem correctionis fraterne: & per detractionem.

De lxuria in communi.

SExtũ p̃ceptũ eſt. (Nõ mechaberis:) & nonũ: (Non cõcupiſcẽs vxorem ꝓximi tui.) In qbus iterrogãdũ eſt de peccato luxurie. Et qꝛ hoc pctm̃ eſt circa delectationẽ tactus, & guſtus eſt qdam tact⁹ (vt dicit philoſophus) opꝫ ẽt hic interrogare de delectatione guſtus: preſertim cum cibus & potus ſint materia luxurie.

De gula.

GVla eſt igitur inordinatus appetitus ciborũ, qui ſi adeo inordinatus, vt hõ ꝑpter hoc inhereat delectationi gule tanq̃ fini, erit peccatũ mortale. Tunc aũt apparet: ꝙ inhereat delectationi huic tanq̃ fini, qñ ꝑpter eam poſtponit precepta dei: & eccleſie vt qꝛ frangit ieiunia vel pp delectationẽ ciborũ nõ curat de ſalute aĩe: nec de ſanitate corporis ꝓpri. Si aũt aliqs comedit: vt luxuriari poſſit vel vt ſeipſum interimat nõ eſt hoc ꝓprie pcm̃ gule, niſi materialr̃, ſed luxurie vel homicidii & odii ſuiipſius. Erit ergo pcm̃ mortale: ſi in delectatione ciborũ cõſtituit qs finẽ ſuum vel ſi fininis. pp quẽ ita comedit: eſt mortale pcm̃: alias non erit mortale.

De ebrietate.

EBrietas quoqꝫ eſt inordinatus vini appetitus, & eſt pcm̃ mortale illo modo, quo dictum eſt de gula Hoc tñ addendo: ꝙ ẽt peccat mortalr̃, q ſciẽs nãm vini vult poti⁹ ebrietate icurrere q̃ a vino abſtinere, & oẽ malũ: qđ poſtea ex hoc ſequitur, ei imputabitur. Similiter

videntur peccare mortal'r, qui alios ſtudent inebriare.

De luxuria: & eius ſpeciebus.

LVxuria eſt inordinatus venereorum appetitus. Circa quā interrogandum eſt diſcrete & breuiter ita ꝙ intellecta vltima ſpecie peccati: nō querantur alie circonſtantie que nō variant ſpeciē: vtputa cū dicit. Ego cognoui quādam mulierē ſemel, Querendū erit ſtatim, ſi erat ſecularis: an ſacrata deo vel ſi erat conſanguinea vel affinis vel nupta vel virgo vel ſoluta vel meretrix: & ſi fuit per vim cognita: an ipſa ſponte cōſenſit: & ſi fuit in vaſe debito, an indebito vel ēt extra vtrūqꝫ vas vel ſi ꝑ contactum illius ſit pollutus. Et ſic habita vna iſtarum ſpecierum vel pluribus ſimul cōcurrentibus: vtputa qa cognouit nuptam cōſanguineā ſuā in vaſe nō debito, ſemel vel plures nō oportet poſtea interrogare de actibus, & tactibus & oſculis circunſtantibus actum illum, ſufficit enī vt in generali dicas ei. Fili, ſcio qa hoc feciſti cum multa in honeſtate: vt fieri ſolet, aliter ſi vulneris oīa interrogare, iniicies tibi laqueum, quia hec materia magis incitat ſenſum, cō ad particularia deſcendit, q̄ cum ſtatur in vniuerſalibus. Maxime aūt eſt adhibenda cautela circa adoleſentulas: & ēt pueros, ne adiſcant qđ ignorant. Tales enī a longe debent interrogari, vtputa primo īterroga cum qbus cōuerſatur, & de quibus loquuntur: & ſi vnq̄ audierunt verba mala vel non honeſta, & ſi dicunt ꝙ audierunt: tunc ſubiunge ſi talia cogitauerūt vel ſi eis diſplicuerunt: & vlterius cū habes: ꝙ te intelligūt talia loquentē interroga ſi qs eos tētauit de malo: & ita paulatim a verbis: & cogitationibus veniens ad opa: q̄ ꝑpetrarunt. Et ſi tibi videtur: ꝙ non reſpōdeant ad ꝓpoſitū, & ꝙ talia nō intelligūt poteris ad alia trāſire. Vt aūt expeditus & magis ordinate ꝓcedas cū his: qui nouerunt hec facere: īterroga primo de actu ꝯſumato, Circa qđ habeto regulā firme, ꝙ omnis actus luxurie cōſumatus extra matrimoniū, & ſi eſt voluntarius, eſt peccatum mortale: & oīs talis actus eſt in vna vel etiam in plu

ribus harum ſpecierum, quas ſubiungemus. Grauiſſima enim luxuria inter oēs eſt pc̄m cōtra naturam: cuius prima ſpēs eſt mollicies: q̄ cōſiſtit in ſola emiſſione ſeminis, vel ſine cōcubitu alicuius vel cū altero: non ſeruato aliquo vaſe: nec debito modo. Secūda ſpecies ei⁹ grauior eſt.ſ.ſodomia. Tertia vero grauiſſima.ſ.beſtialitas.i.coitus cum beſtiis. Aliud genus huius luxurie eſt pc̄m non ꝯtra naturā, ſed ꝯtra naturalē reuerentiā, quā debemus cōiunctis, & dr̄ inceſtus. Quod qdem pctm̄ grauius eſt cū cuniſ‹s›ictionis cōſanguinitate q̄ cum cōiūctis affinitate, & quāto gradus eſt ꝓpinquior: tanto pctm̄ grauius. Tertium genus eſt pctm̄ contra rōnem: vt eſt fornicatio ſimplex cū ſoluta nō virgine: & grauius eſt ſtupruꝫ cum virgine. Adhuc grauis eſt adulteriū cum nupta ꝑſertim ſi etiā vir ſit vxoratus, qa eſt duplex adulterium. Adhuc āt eſt grauius ſacrilegiū.i.ſi ſit cum pſona ſacra. Adhuc oīa iſta ſunt grauiora, ſi fiunt cū violentia: qa tunc & dr̄ raptus, & aggrauat̄ ēt pctm̄, qn̄ concurrunt multe circūſtantie ſimul, vt puta cū qs cognoſcit cōſanguineā ſuam ſactatā deo p vim, q̄uis eni ſit vnum pctm̄, quia eſt vnus actus hꝫ tn̄ tres circunſtātias variantes ſpēm: q̄ ſunt de neceſſitate cōfeſſionis: videlicet qa eſt inceſtus: ſacrilegiū & raptus. Secundo intterroga de actu luxurioſo non cōſumato: de quo nota generaleꝫ regulā, ꝙ oīs talis actus eſt pctm̄ mortale: ſi finis eius delectatio luxurioſa: finis enim dat ſpēm actui morali, hoc aūt pōt eſſe dupliciter. Vno mō in tactibus & oſculis, vel in ſe vel in ſecundam pſonam, & de his actibus debes iterrogare ſm ſpēs ſupradictas, vt puta ſi ea, quā tetigit adhunc finem fuit cōſanguinea vel nupta vel ſi fuit maſculus, & cetera que ſuperius diximus. Alio modo in actibus aliorum ſenſuum: vt in aſpicīēdo, audiendo, olfaciendo. comedendo ꝓpter hoc vel loquēdo turpia verba vel in veſtitu vel in choreis vel in aliis huiuſcemodi. Quia ſcilicet hos actus facit ꝓpter delectationem luxurie vt ſcilicet pueniatur ad actum peccati mortalis: vtputa vt placeat alicui mulie-

ri, vel adoleſcenti, quam vel quem deſiderat ad pcm̃ tale inducere, peccat mortaliter. Si aũt in hmõi actibus delectat̃ nõ intẽdendo talẽ finẽ, ſed ſolũ pp quandã ſenſualitatem, cõiter eſt veniale. Poſſet tñ eſſe tanta delectatio vel adeo turpes tactus eẽ poſſent in hmõi. ꝙ erit mortale pcm̃, & tanto magis hoc verũ eẽt, q̃to maggis ſe exponeret pichulo cadẽdi in aliquã damnabilẽ corruptionẽ. Tertio interrogandũ eſt de cogitationibus dupl'. prio de his in qbus fuit exp̃ſſus conſenſus in actum peccati mortalis oẽs enĩ tales ſunt peccata mortalia. Et debes interrogare ẽt de ſpẽb⁹ ſuperius aſſignatis, verbi gr̃a, ſi deſiderauit cognoſcere maſculũ aut feminam. & cetera que diximus. Secũdo de his, in qbus non fuit expreſſus cõſenſus in actũ vbi tñ fuit exp̃ſſus cõſẽſus in delectationẽ cogitationis. i. de cogitatione moroſa, in q̃ & ſi non ſit expreſſus cõſenſus i actũ, qa. ſ. hõ nõ cõſentit, ſe velle facere actũ: nec deſiderat, nec facere ſi poſſet tamẽ conſentit deliberate delectare in tali cogitatione inhoneſta, ita ꝙ nõ ſolũ nõ expellit eã qnimo gaudeat in aduẽtu eius & deliberata rõne ĩmoratur in ea, & eligit ſic delectari & paſci. Hec ergo moroſa cogitatio eſt peccatum mortale ſm̃ ſanctum Thomã, ſicut dictũ eſt ſupra de odio. Tertio de cogitione, in qua nec fuit expreſſus conſenſus in actum, nec in delectatione cogitationis, in qua ſi homo fuit valde negligens ad expellendu eam, ita ꝙ allectus a delectatione, & quaſi inuolutus neſcit ſe explicare: ꝑpter dubitationem cõſenſus, debet cõfeſſor ĩterragare de ſpecie, & quotiens hoc fecit. Si aũt aliqua vſus negligentia non eſt tamen multa eſt veniale.

¶ De his que fiunt in matrimonio.

INterrogandum eſt etiam de his que fiunt in matrimonio. Si enĩ matrimonium eſt ↄſumatum: tenet̃ vxor potẽti viro reddere debitũ: & ſimiliter viro vxori, ſiue expreſſe petat: ſiue ꝑ ſigna, & alter ipſorũ oĩno nõ vult debitum reddere, peccat mortaliter, qa facit ↄtra iuſtitiam: niſi ex rationabili cauſa vꝫ infirmita is vel im-

potentie hoc faciat. Et q̄uis qlibet ipſorum teneatur alteri reddere debitum:, pōt tñ alter alterū mouere leuiter: ne exigat debitū vel pp ſolemnitates vel dies ieiuniorū vel tpe menſtruoꝝ vel qñ mulier eſt p̄gnās, ſi tñ alter nō vult abſtinere: exactus tenet̄ reddere. Exigere aūt debitū in diebus ſolēnibus, & ieiuniorum nō eſt pctm̄ mortale, ſed vel nullū, ſi fiat ex rōnabili cauſa vel veniale ſi fiat ex infirmitate cōcupiſcentie. Qñ enī cōiungūtur inuicē per copulā carnalē cauſa ꝓlis ſuſcipiende vel cā debiti reddēdi ſolū nullū eſt pctm̄, imo eſt meritum. Qñ vero hoc fit rōne remedii vel pp voluptatem pcm̄ eſt veniale ſi ſtāt in limite mr̄imonii.i. ꝙ hoc nō faceret vir cō aliqua alia q̄ cū vxore, nec vxor cū alio q̄ cū marito, aliter eēt pctm̄ mortale cognoſcēdo vxorem tāq̄ adulterā. Eſt ēt pctm̄ mortale qñ nō ſeruat̄ debitū vas. Si aūt nō ſeruat̄ debitus modus a natura inſtitutus, q̄uis non ſit ſemper pctm̄ mortale, tñ pōt eſſe mortale i aliquo caſu, maxime autē qñ fit tali modo: ꝙ ex eo actu proles ſequi nō poteſt. Hoc tamen cognoſcere & difficile: quia etiam dicunt quidā: ꝙ ſi mulier ſupergrediatur virum: non impeditur generatio. Scito tñ ꝙ eiuſmodi actus illiciti, & tales modi coeundi ſunt ſignum mortalis concupiſcentie, & ſunt oīno prohibendi, & vbi eſt dubitatio de mortali, nō debent abſolui, qui nolunt abſtinere. Poſſet tamē ex infirmitate vel pregnatione non ſeruari debitus modus ſine peccato ex cauſa rationabili, ſemotis damnabilibus cōcupiſcentiis. Nota ēt, ꝙ quando vir & vxor ſeinuicē tangunt inhoneſte: nolentes ad actum venire matrimonii: ſed propter voluptatē: q̄uis non ſit ſemper peccatū mortale: tñ eſt eis hoc prohibendū, maxīe qñ tāta eſſet turpitudo: q̄ manifeſte appareret, dānabilem eſſe coꝝ concūpiſcentiā, ne matrimonia fiāt meretritia. qñ aūt non eſt adhuc cōſumatū matrimoniū, ſed tñ interuenit cōſēſus de preſenti non ſtatim tenetur reddere ſibiinuicem debitum. ſed datur tempus, in quo nondū corpus vnius trāſit in poteſtatē alterius. Infra qđ tps in locis vbi eſt con-

ſuetudo: ꝙ ante conſumatione matrimonii ſponſi accipiant benedictioně ab eccleſia: ſi conſumant matrimonium ante benedictionem mortalr̃ peccant: ſecus eſt vbi nō eſt talis conſuetudo. Et ideo tactus inhoneſti infra illud tp̃s ad hoc ab eis tentati: vt ad conſumationem ꝑueniant: & ſimiliter omnes corruptiones procurate per ſimiles tactus: ſunt peccata mortalia: quia adhuc corpus vnius non eſt in poteſtate alterius. Si aũt tangant ſeinuicem ex quadã beneuolentia: non eſt pc̃m mortale: niſi forte ſint nimis turpes tactus: & ꝑiculoſi: de q̃bus prudẽtia cõfeſſoris iudicabit. Similiter dicenduꝫ eſt de his: qui ſolum per verba de futuro ſponſalia contraxerunt: niſi ꝙ iſti grauius peccant, quia adhuc illa ſpõſa non eſt ſua nec ſponſus eſt ſuus: ſed hoc eſt ſolum futurum vt ſcilicet ſit ſua: & ipſe ſuus.

¶ De ornatu mulierum.

Circa ornatum mulierum: qui ꝓuocat aliq̃n viros ad luxuriam: eſt ſciendum ꝙ hac ſe intentione ornent: vt viros ad luxuriam ꝓuocent: abſq; dubio peccant mortaliter: & totiens quotiens hac intentione ſe ornant vel ornauerũt. Si aũt ex animi leuitate vel ex vanitate vel inani gloria: duo erunt cõſideranda. Primuꝫ eſt effectus qui põteſſe tantus: ꝙ erit peccatũ mortale. Et ſignum: ꝙ talis effectus ſit pc̃m mortale eſt: q̃n nullo mõ dimittere volunt talẽ ornatum ẽt ſi ſit ſcandalũ ꝓximorum. Secundũ ſignum eſt ſcandalum: ſi enim eſt ita inhoneſtus: vt ꝓbabiliter credatur propter hoc viros nimium ad luxuriam prouocari: videtur eſſe peccatũ mortale: q̃a in hoc nõ videtur curare de proximoꝝ ſalute: ſeu damnatione. Aliter autem eſt veniale peccatum: niſi forte ſit monialis vel perſona: cui ornatus talis nullo modo ſit conueniens. Si vero ornat ſe mulier: vt viro placeat: ne ille ad extraneas accedat: nõ peccat dummodo ornatus non ſit nimium inhoneſtus in ſcandalum: & ruinaꝫ aliorum. Quãuis vero mulier poſſit ſine peccato occultare turbitudinem ex aliqua cauſa prouenienteꝫ: nõ poteſt

teſt ſine peccato ſe colorare: & alia figmenta corpori ſu⸗hadibere. Non tamen ſemper mortaliter peccat: ſed eſt iudicandum de mortali & veniali ſm̄ intentionem: & af fetionē & ſcandalum: ſicut iam ſupra dictum eſt.

De ſeptimo decimo p̄cepto: & primo de auaritia.

SEptimum preceptum (Non furtum facies.) Quia aūt furtū pōt fieri corde: & ope de duabus p̄ceptis hic peccatorē examinabis: vʒ de ſeptimo & decimo. Primo igit̄ iterroga de auaritia: auaritia enī eſt inordinatus appetitus diuitiaruʒ: qui appetitus ſi in tantū creſit: vt non vereat̄ quis facere cōtra charitatem dei & proximi: eſt peccatū mortale: Vt puta: qñ qs per fraudes: ſeu per violentiā aliena rapit vel retinet ea vel qñ hʒ quis ſuper⸗fluū ſupra ſtatū ſuū: & non vult pauperibus errogare p̄pter auaritiā & videt pauperem in extrema neceſſitate: & non vult ei ſubuenire vel aliquid huiuſmodi.

¶ De ſymonia.

SEcundo interrogādū eſt de ſymonia. Circa quam nota: ꝙ totum pondus huius materie ſtat in ver⸗bis ſaluatoris dicentis. (Gratis accepiſtis: gratis date) Oportet enim: & ſacramēta: & beneficia: ⁊ ceteras res ſpūales gratis dare: & gratis accipere: quia nullus poteſt vendere: nec emere: cū ſint dei: non noſtra: & nullo p̄⸗cio eſtimari poſſunt: & dn̄s precepit ea gratis dare. Vbi ergo interuenit aliquod preciū: vt pecunia vel obſequiū ſeu fauor temporalis: ſiue preces maxime pro indigno: ſiue quecunqʒ alia res: que pecunia eſtimari pōt eſt ſymo⸗nia. Vnde diffinit̄ a theologis. Symonia eſt ſtudioſa vo⸗luntas emēdi vel vēdendi aliqđ ſpūale vel ſpūale anne⸗xum. & p emptionē & vendicionem intelligitur oīs con⸗tractus non grauitus, vt renuntiatio: & tranſactio: quam do fiunt pro p̄cio in ſpūalibus p̄ter p̄mutationem benefi ciorum quam pōt facere ep̄s: ſi viderit expedire: ita tn̄ ꝙ non licet partibus de hoc vel ſuper hoc paciſci abſqʒ peri⸗culo ſymonie. Spūalia aūt ſunt oīa ſacramenta: ingreſ⸗ſus monaſterii: predicationes: corectiones: & punitiones

prelatoꝝ:officia mortuoꝝ,orõs,& ſimilia. Annexa ve-
ro ſpũalibus:ſicut corpus annectiẽ aĩe ſunt bñficia eccle
ſiaſtica,& iõ nunquam vendi poſſunt tanq̃ pure corpalia,
imo emere vel vẽdere bñficia ſemp ſymonia cum eſt, qa
qñ vnum nõ põt vẽdi ſine altero,vẽdito vno alterũ non
poteſt inuenditum derelinqui.Annexum vero ſpũalibꝰ
non tanq̃ corpus ad aĩam,ſed tanq̃ colligatũ ei vel con
iunctum ſicut ornametum cõiũgiẽ veſti eſt eius patroua
tus.Quod qdem cũ ſit ſpũale,nec emi,nec vendi põt:tñ
poſſeſſio ſeu illud temporale cum quo cõiungiẽ põt ven-
di,qđ ſi venditur,ius patronatus tranſit cum eo gratis
Calices vero & paramenta ſunt annexa ſpũalibus tanq̃
fini: vnde mã vendi põt,vna enim eccľa põt alteri ven-
dere calices & paramẽta.dũmodo nõ plus vẽdant ea:ex
eo ꝙ ſunt bñdicta vel cõſecrata.Llaycis autẽ non poſſunt
vendi poſt cõſecrationẽ niſi prius cõflentur vel deſtruaẽ
forma:ita vt amplius non remaneant cõſecrata.Et ſimi
liter intellige de ſepultura,nam ſi in ea nunq̃ fuit aliqs
ſepultus põt vẽdi:qa nondum factus eſt locus ille reli-
gioſus,niſi ſit in loco ſacro vt in eccleſia vel cimiterio vel
niſi epĩ auctoritate fuerit cõſtructa,ſecus ſi i ea fuit aliqs
ſepultus.Poſſet tñ vendi locus vbi fuit quondam eccľia
vel cimiteriũ pro neceſſitate paupeꝝ vel eccleſie corpori
bus mortuorum prius ad alium locũ dellatis, quia intel
ligitur vendi ſola materia,& non aliquid ſpirituale,ſicut
ſupra dictum eſt.Ex inſtitutione autem eccleſie vicedomi
natus vel caſtaldionatus vicaria: iconomatus & aduo-
catia dicuntur ſpiritualibus annexa que vendere dicitur
ſymonia cum,quia prohibitum.Nota tamen.ꝙ quia ſa-
cerdotes,& alteri miniſtrantes debẽt de altari viuere: ſe
uande ſunt conſuetudines eccleſie in oblationibus, que
fiunt pro miſſis pro anniuerſariis :pro officiis & ſepultu
ris mortuorum,non tamẽ debẽt ſacerdotes anteq̃ talia
ſpiritualia exhibeant,exigere huiusmodi conſuetudines
ita ꝙ aliter nolint exhibere ſpiritualia. niſi prius ſolua-
tur,ſed gratis debent prius ſpiritualia, exhibere:deinde

conſuetudines exigere. Quas etiã ſiquis nolunt exhibere: poſſunt ſuperiores eos cogere ad ſoluendum.

¶ De monaſteriis.

CIrca monaſteria etiam nota: ꝙ moniales non poſſunt aliqd petere ꝓ ingreſſu alicuius puelle abſqꝫ periculo ſymonie, niſi monaſterium ſit a deo tenue: ꝙ nõ poſſit puellam ingreſſuram cum aliis ſuſtentare. Tunc enim poteſt alimenta petere, ſed facere pactum ante ingreſſum monaſterii eſt periculoſum. Nota aũt quo ad penam peccati, ꝙ qui fuerit ordinatus ſymoniace vel a ſymoniaco ſcienter eſt ipſo iure ſuſpenſus: nec poteſt miniſtrare. Qui autem recipit bñficium ſymoniace: tenet̃ illud reſtituere cum fructibus, nec poteſt repetere pecuniã datã pro hac cauſa, qa turpiter dedit. Pecunia enim ſymoniaca debet dari eccleſie, in cuius iniuriam data eſt vel erroganda eſt pauperibus, & egenis.

¶ De decimis.

INterroga etiam in hoc loco de decimis. Vbi nota ꝙ p̃ceptum de decimis ſoluẽdis partim eſt diuinũ partim eſt poſſitiuũ. De iure diuino, & naturali eſt ſubuenire miniſtris eccleſie: q nobis dant ſpũalia qa nemo militat ſuis ſtipẽdiis vnq̃. Soluere aũt decimam ꝑtẽ vel q̃rtam vel ſeptimã: hoc eſt de iure poſitiuo, qlibet ergo tenetur ſoluere decimas, vbi eſt ꝯſuetudo. Vbi aũt nõ eſt conſuetudo: nullus videt̃ teneri, quia preſumit̃, ꝙ eccl̃ia donet ſubditis. Dꝫ tñ qlibet eſſet ꝑatus reddere eas, ſi eccleſia peteret, qa ipſa petere põt, nec cõtraria cõſuetudo abrogat hoc ius. cum ſit diuinũ, bñ facit tñ eccleſia: vbi non eſt cõſuetudo non petere, ne ex hoc ſcandalum oriatur.

¶ De vſura.

TErtio interroga de vſura. Vbi nota. ꝙ vſura eſt vitiũ, quo qs mutuãdo ratione mutui aliquid accipit vel ſperat vltra ſortem dicente ſaluatore. (Mutuum date, nihil inde ſperants) Mutuum enim dare eſt de conſilio, caſu extreme neceſſitatis: ſilicet nil inde ſperare eſt preceptum dei, & eſt contrarium naturali, nam eadem

res bis vel id quod nō eſt: venderet. Oportet aūt in quo libet caſu de vſura cōſiderare tria. Primū ſi eſt ibi mutuū qd̄ tunc eſt: qn̄ transfert dominium: ideſt quādo ille mutuo accipit: ſtat toti piculo rei mutuare. Secundum eſt: ſi ille qui mutuat: accipit aliquid vltra ſortē: aliquid dico: ꝙ vel eſt peccunia vel pecunia eſtimari pōt: vt eſt obſequū vel fauor temporalis. Tertium: ſi hoc facit ratione mutui: qa ſi acciperet vltra ſortē aliquid: non ratione mutui ſed ratione intereſſe vel alterius cauſe non eſſet vſura. Si enim aliquis mutuando incurrit damnum: debitum eſt vt ipſum damnū emergens ex tali mutuo recumpenſet ab eo: cui mutuat: cum ipſe ſit cauſa illius dāni. Non dꝫ tn̄ recōpenſare damnū lucri ceſſantis. i. qd̄ incurrit ex eo ꝙ de peccunia non lucrat cum multipliciter a lucro poſſit impediri: niſi forte ſm opinionem aliquorum quenon mihi diſplicet ille qui mutuat vellet tunc exercere pecuniam ſuaꝫ in aliqua arte licita que ſemper vel quaſi ſemper lucratur vel ex ea aliqua poſſeſſionem emere: ita ꝙ appet manifeſtū danū mutuāti emergere ex tali mutuo Tūc ergo damnum illud: qd̄ ex hoc emergit: recōpenſare: nō eſt vſura: nō tn̄ opꝫ illud ex equo recompenſare. qa adhuc non hꝫ lucrum in manib9: & pōt plus vel minus lucrari. & nō cōſiderandum erit damniū ſm menſurā periculi vel dubii nō lucrandi ad judiciū boni viri: hoc tn̄ non eſt multum dilatandū: nec predicandum: ne aperiat via voragini vſurarum. Circa aīalia vero fiunt diuerſi contractus: Aliqn̄ fit cum ruſtico contractus locationis: ita ꝙ dominus dat aīalia ruſtico pro certa quātitate pecunie vel grani vel alterius rei annuati. Aliqn̄ fit contractus ſocietatis: vt qn̄ dat aliquis oues paſtori: & ambo ſtant equaliter periculo & lucro vel ſecundū cōuentionē inter eos factā pro tertia parte vel quarta. Aliqn̄ eſt contractus mixtus. i. locationis et ſocietatis ſimul: vt puta locat quis boues ruſtico pro certa quātitate frumenti: & appoṅit pactum de damno: & lucro, rei locate oēs. iſti caſus ſūt liciti ex natura ſua. Verum poſſet in eis aliqua fraus

vel iniuſtitia inueniri p aggrauationē vni? partis. Difficile eſt tñ dare regulam generalē: qua cognoſcant oēs hmōi caſus: an ſint liciti vel illiciti propter diuerſitatem locorum & aīalium: & paſcuoꝝ & tēporū & ꝯſuetudinū Op; .n. ꝙ partes ita eqparentur: ꝙ re vera nulla ipſaꝝ ſit nimis grauata: hoc aūt erit determinadū a prudentibus ſm loca & tēpora & ꝯſuetudines, & alias circunſtātias. Aliqñ aūt aīalia tradunt incuſtodiam, & tunc conſtituitur certum ſalariū cuſtodiēti vel certum lucrū, qđ de aīalibus prouenit. Et hoc quoq; eſt licitum, dūmodo ſalariū equi paret labori, & domi nus ſtet periculo. ſ. aīalium, quod nō accedit ex culpa cuſtodientis. Aliqñ vero tradunt per modū mutui, vt quando traduntur eſtimata certo precio, & tunc ſi dominus vult ea eſſe firma in tali precio lucrum & damnum remanet penes eum qui recipit ea. Aliter non erit caſus licitus, eſt enim idem, ac ſi mutuaſſet ei tantum pecunie.

¶ De emptione & venditione.

QVarto interrogabis de emptio & vēditione. Circa quas debes ſcire: ꝙ ad iuſtitiam cōmutatiuam duo reqrunut. ſ. debitum, & equalitas. Equalitas autem inter vendentē & emētē d; ꝯſiderari ſm pcium ſtatutū a lege vel a cōſuetudine vel a iudicio prudētium, qđ tñ pcium nō eſt punctuale, qa paruus exceſſus, & paruus defectus non tollit iuſtitiam, paruū enī pro nihilo reputatur. In venditione aūt ad terminū ſemp cōſidera vtrum res tantu; valeat, cōſiderato tēpore & aliis circunſtātiis Si enim pluris quis vendit ea notabiliter q; valeat, tenetur ad reſtitutionē, & breuiter ſemp ſtat in hoc, ꝙ rōne illius dilationis non poſſunt res vendi pluriſq̄ valeant. Sed tamē nota, ꝙ rebus cōmuniter quinq; precia ſtatuuntur, ſcilicet primum deficiēs, ſecundum mediocre, tertium ſummū, quod eſt quaſi punctuale, quod licite excedi non pōt, quartū excedēs, ideſt quod excedit terminum, quintum & vltimum ſuperexcedens, ideſt illud quod ſupexcedit notabiliter precium ſummū. Ille ergo

qui vendit: poteſt licite vendere ei: qui pecuniā dat ſtatī; & rem ſuam: pro precio mediocri vel deficienti. & autem qui non ſtatim dat pecunias: poteſt eam ad terminū vēdere ꝑ pretio ſūmo: & quaſi punctuali: quod eſt in termino qui excedit non debet nec licite poteſt ſm iudiciū prudentium hoīum Non aūt pōt alicui vēdere pro aliis preciis. i. excedēti vel ſuperexcendenti. Porro ille qui emit nō poteſt emere licite pro ꝑcio deficiēti: etiam ſi ſtatim dat pecunias: qa hoc eſt ꝯtra iuſtitiam: & equalitatē. Si autē ex eo: ꝙ aliquis non ſtatim dat pecunias: mercator incurrit aliqđ damnū ꝑut iam tactū ē ſupra: cū de vſura loqueremur. non d; ei vēdere: ſed ſi omnino ille inſtat, & roga: vt ei talem rem vēdat: poteſt ad iudicium boni viri damni recompenſationem mercator accipere: loquendo de damno eo modo: quo dictum eſt ſupra.

¶ De reſtitutione.

QVinto interroga de reſtitutione. Circa quam nota: quod vnuſquiſq; tenetur reſtituere non ſolum: id quod accepit iniuſte a proximo ſuo: ſed etiam debet satiſfacere ei de quocunq; damno illato: ſiue ſpirituali: ſiue tēporali: quia reſtituere nihil aliud eſt q̄ iterato ſtatuere alterū in ius poſſeſſionis ſue. Vn̄ qui retrahunt aliquos a religione, vel a bona vita: tenētur facere quod poſſunt: vt eos reſtituant in gradū priſtinū: ſi poſunt: & tenentur religioni etiam ſatiſfacere, quia tn̄ hec materia eſt difficilis: in tali caſu op; maturo conſilio vti. Qui ēt occidunt aliquem vel mutilant mēbrum alicui: tenētur domini eiꝰ & ipſi de damno vel damnis inqe ſequētibus ad iudiciū boni viri. & nota: ꝙ non ſolū tenētur: qui rē aliām accipiunt vel damnū inferunt: ſed aliqn̄ ēt alii. qui nichil rapuerunt: ꝑut in his verſibus cōtinet: qui infra ſcribūtur videlicet: iuſſio cōſilium cōſenſus palpo recurſus. Participans mutus non obſtans: non manifeſtans. Circa quos nota, ꝙ ſemꝑ qui eſt cā ſufficiens damni alterius: tenetur ad reſtitutionem. qui ergo iubet fieri furtum vel dānum: q cōſiliū dat, ſi ſine tali cōſilio non fuiſſet factū fur

tum, ſimiliter ſi cōſenſit, ita ꝙ ſit nō ꝯſenſiſſet, factum nō fuiſſet, ſimiliter dic de palpo: & adulatore: & excitatore, qui excitat ad furtum. Et ſimiliter de receptore latronū vel furti, ita ꝙ per illā receptionē, impediṫ reſtitutio oēs enī iſti tenenṫ inſolidum reſtituere, ſi ille q accipit, nō reſtituit. Participans autē idest qui participat de re accepta, tm̄ tenetur reſtituere quantū accepit. Participans vero, qui aſſociat latrones, ita ꝙ ſine eo non fieret furtū, inſolidū. Et ſimiliter qn̄ multi faciunt vnum corpus, & ſimiliter accedūt ad furtū, qlibet tenetur inſolidum, ſi tn̄ vnus ſoluit pro oib⁹: liberanṫ oēs ab eo, q fuit damnificatus, tn̄ illi q ſoluit alii, tenētur reſtituere partā ſuam. Qui aūt tacet, cū videt furari vel q non obſtat vel q non manifeſtat, ſi non eſt officialis, q ad hoc teneatur videtur nō teneri ad reſtitutionē, q̄uis peccet. Si aūt eſt officialis vel teneṫ ad hoc faciēdum, vt eſt bargellus, & vt ſunt poteſtates vel vicarii, & cōmiſſarii, & dn̄i ciuitatum, tenētur ī ſolidum. Et nota, ꝙ q tenetur reſtituere, ſtatim ad hoc tenetur niſi petat dilationē ab eo, cui d;, quia nullus debet etiam per inſtans tenere rem alterius eo inuito, nec ſtare in peccato per inſtans, & ſi non vult dilationē preſtare, tenetur ēt cedere bonis reſeruata extrema neceſſitate: quia nullus poteſt de alieno viuere, niſi in extrema neceſſitate. Aliq tn̄ miſericorditer hoc moderanṫ dicētes, ꝙ aliqn̄ ēt non tenetur qs cedere bonis ſeruata ſolū extrema neceſſitate, puta ſi creditor eēt diues valde, & non egens, tunc enī poſſet debitor cum ſua commoditate reſtituere, qa ex alia parte creditor, cum ſit diues, & non egēs, quodamodo teneṫ ex charitate minuere debitori: ea q̄ ipſe debitor de bonis creditoris h; in manibus, cum ſit in neceſſitate conſtitutus & hec materia vel equitas mihi placet: ſi fiat cum multa prudētia. Nota etiam, ꝙ ſiqs ſciēter emit rem furatā vel ꝑ vſuras: ſeu alias iniuſte extortam: teneṫ eam reſtituere, & imputet ſibi: qa emit qđ emere nō debebat. Si aūt ignoranter, & dn̄s rei eam repetat: tenetur eā ēt reſtituere dn̄o, & cōtra illū qui vēdidit agere debet.

¶ De ludo.

SIquis aũt ludendo vicit: in quatuor caſibus tene-
tur reſtituere. Primo ſi cũ his luſit: qui non hñt ni-
ſi aliena: vt ſunt mulieres vxorate: ſi nihil hñt vltra dotẽ
fili familias religioſi: clerici non hñtes alia bona preter
bñficia. Similr & ſerui, & hmõi non tñ reſtituendũ eſt il-
lis: ſed ſuis ſupioribus vel eccleſiis. Secundo ſi lucratus
eſt furtiue falſificando taxillos vel chartas: aut p aliquã
aliam deceptionẽ. Tertio qs trahit alteꝝ ad ludẽdum
qui nolebat ludere, ſi lucratur cũ eo, tenetur reſtituire: &
non intelligitur ſolũ de detractione p coactionẽ, ſed etiã
de exhortatione, qñ p nimiam impurtunitatẽ trahit ip
ſum. q alias nolebat ludere. Quarto ſi leges municipa-
les obligarent ad reſtitutionẽ ludẽtes: niſi iam eſſent ab-
rogate p cõtrariam ꝯſuetudinẽ. Extra iſtos caſus nõ te-
netur qs reſtituere ex neceſſitate: ſed de ꝯſilio tale lucrum
errogandũ eſt pauperibus: licet qdam dicant: ꝙ ex ne-
ceſitate etiam qlibet qui vicit: tenetur paupibus erroga
re: primum eſt verius: hoc autem tutius. Vnde hortandi
ſunt: qui ſic male acquiſierũt: vt oĩno tale acquiſitũ pau-
peribus errogẽt: quod ſi nollunt: dicẽtes: ſe non eſſe obli
gatos: non eſt eis neganda abſolutio: Porro qui faciunt
carthãs: & taxillos non debent abſolui: niſi deſiſtant ab
hoc opere: & a talium venditione.

¶ De inuentis.

EA aũt que inueniuutur: ſi apparent: ꝙ nunq̃ fue-
rint poſſeſſa ab aliquo: vt lapides precioſi in locis:
vbi oriuntur vel ſi habeãtur pro derelicto: non tenetur:
qui inuenit reſtituire, aliter vero tenetur, verũ ſi ſunt mi
nima vel parui valoris melius eſt ea errogare paupibus

¶ De bello.

DEhis aũt que in bello acquiruntur: nota: ꝙ in bel-
lo iuſto: quod ſit ab eo: qui vel auctoritate eius: q
poteſt: & ex iuſta cauſa: & recta intẽtione qcquid bellans
iuſte capit ab hoſte: & ab eius auxiliatoribus qui ſponte
ſequuntur eum: facit ſuũ: & ſuorũ militũ. Vnde tota pre

da debet diuidi vnicuiq; ſm proportionem ſum: nec de damnis illatis in bello tenentur: qui iuſte bellãt, ſi aliter bellum fieri non potuit. Si autẽ inferunt damna perſonis: quibus non dant vel agris vel villis: a quibus poterant abſtinere: tenentur ad reſtitutionẽ. Vnde non poſſunt ſpogliare clericos vel religioſos vel pegrinos tranſeũtes: nec mercatores: nec animalia ruſticorum, nec ſegetes accipere, nec damnificare eos, qui non ſunt in culpa, maxime quando bellũ poteſt fieri cõmode ſine his damnis aliter tenetur ad reſtitutionem. Iniuſte autem bellantes tenentur nõ ſolum de damnis illatis hoſtibus, ſed etiam de his que inferunt hoſtes ſubditis eorum qui non conſenſerunt ꝙ bellum fieret iniuſtum. Excuſantur tamen ſubditi iniuſte bellantes, quando credunt bellum eſſe iuſtum vel quando dubitant: an ſit iuſtum vel iniuſtũ: obedietia enim excuſat eos vſq; quo ad perfectam cognitionem veniant: ꝙ bellum eſt iuxtum. Non tamẽ in dubio excuſantur, & amici ceteri non obligati ſeruire illi domino, qui mouet bellum iniuſtum, quia eos obedientia nõ excuſat, cum non ſint ſubditi vel obligati vnde non dicuntur cõmittere ſe diſcrimini, & iuuare aliquem in preiudicium alterius.

¶ De turpi lucro.

Nota etiam, ſiquis lucratur turpiter .i. ex turpi cauſa, vt eſt ex meretricio, non tenet ad reſtitutionẽ: q̃uis ſit conſulendum: ꝙ erroget illud pauperibus. Verum ſiquis ꝓmiſerit meretrici vel puereo pecuniã vel aliquid hmõi, ita ꝙ ꝑpter talem ꝓmiſſionem conſenſerit, & peccatum expleuerit, nõ tamen tenetur de neceſſitate reddere, ꝙ promiſit: ſicut nec illi tenentur reddere & reſiſtere, qui ei dedit turpiter, quia in turpi cauſa melior eſt conditio poſſidentis.

¶ De iudicibus.

Interrogandi ſunt etiam diligenter iudices, aduocati, ꝓcuratores. & notarii, & teſtes in iudicio vocati, ſi ex craſſa ignorantia: vel magna negligẽtia, vel ma

litia damnificauerunt clientulos vel ẽt econuerſo ſi defen derunt cauſas iniuſtas vel ſi cũ poſſent eas terminare: p longauerunt nimis vel falſificauerunt inſtr̃a vel appella uerunt inique a ſñia iuſta vel accuſauerũt aliquẽ iniuſte ſeu teſtati ſũt falſum: qa tenẽtur ĩ his & ſimilibus caſib⁹ ad reſtitutionem. Et breuiter ſm cõditiones hoium, ⁊ ar tes interrogabis quẽlibet. ſi damnificauit ꝓximum, & in quo dãnificauit eum. Et ſcito, ꝙ melius ipſi, ſi volunt re ᴄ̃te cõfiteri, ſciẽt dicere damna que ꝓximis intulerunt, & de ipſius iudicare in particulari q̃ nos. Iõ non op; nos nũc verba diſtẽdere p ſingulas artes diſcurrendo.

¶ De octauo precepto. ſ. de falſo teſtimonio.

OCtauũ p̃ceptũ eſt. (Nõ falſũ teſtimoniũ dices contra ꝓximũ tuũ.) Circa qđ primo interrogabis de his q̃ fiunt in iudicio. A iudice qdẽ ſi iuſte iudicauit, ſi iudiciario ordine proceſſit, ſi timore vel amore a iuſtitia receſſit. Et ſimiľr interroga aduocatos, ꝓcuratores, & notarios: ſiqđ iniuſte egerunt. Nota aũt: ꝙ ſi aliqs a iudice interrogat ordine iudiciario, ita ꝙ p̃ceſſerit ĩfamia, & habeanť teſtes, & cetera, que requiruntur ad iudiciarũ ordine. teneť rñdere veritatẽ, ẽt ſi non dareť ei iuramentũ de veritate dicẽda, vnde peccat mortaľr, ſi non dicit veritatem, ſecus ſi non interrogareť cum debitis circũſtantiis. Tunc enĩ q̃uis nõ debeat dicere mendaciũ, poteſt tamen abſq; peccato abſcondere veritatem.

¶ De iudicio temerario.

DE iudicio etiam temerario eſt ſciendum, ꝙ qñ aliquis non hñs manifeſta indicia de pctõ mortali: iudicat. i. firmiter in corde ſuo diffinit proximum ſuum eſſe in peccato mortali vel peccaſſe mortaľr. tũc ipſe mortaľr peccat, qa vſurpat ſibi iudiciũ dei cũ ꝯtẽptu ꝓximi ſui. Si autem iudicat de veniali, non peccat niſi veniaľr, ſi vero h; manifeſtas euidẽtias nõ peccat: p̃ſertim mortaľr. Nec mortaľr peccat, qñ non hñs eas, non iudicat ſed ſolum ſuſpitionẽ h;. In quo caſu aliqñ nec veniaľr peccat, qa ſuſpitiones euitare non poſſumus.

❡ De mendacio.

DE mendacio vero hoc eſt ſciendū, ꝙ mendaciū non ſemp eſt pctm̄ mortale, ſed in aliquo caſu: vtpote qn̄ eſt ꝑniciosum: vꝫ cōtra fidē vel honorem dei vel ſalutē ꝓximi vel ēt eſt in dānum ꝓximi tēporale notabile: Predicator aūt: ſi ſcienter ꝑdicat mendacium: mortal'r peccat: qa eſt in loco: in co tenet pſonam ſumme veritatis. Mendaciū aūt iocoſum vel officioſum ſi ei nō adhibeatur iuramentum: eſt pctm̄ veniale. & nota: ꝙ non ſolum dr̄ mendaciū verbo: ſed ēt facto per ſimulationē, & hypochriſim: in quibus opꝫ reſpicere finem .i. quo fine hoc fit. Si enim finis eſt cōtra charitatē dei vel ꝓximi talis ſimulatio vel hypochriſis eſt pctm̄ mortale: vt ſi in gloria hominū ponat finem ſuum vel ex hoc querit dignitatē eccleſiaſticam: maxime cum cura animarum vel querit inferre aliqđ dānum ꝓximo, aliter erit veniale.

❡ De peccatis lingue.

NOta etiam circa peccata lingue: ꝙ opꝫ ſemper duo conſiderare. Primo affectum ſeu intentionem dicentis: q̄ ſi ſit cōtra charitatem dei vel ꝓximi: ſemp eſt pctm̄ mortale: ſi aūt non intendit aliquid: qđ ſit ꝯtra charitatē dei vel ꝓximi ſecus eſt. Secūdo eſt conſiderandum ſi ex verbis illis ſequitur ſcandalū vel aliqđ. qđ notabiliter ſi contra deum vel ꝓximum: quia ſic eſt peccatum mortale talis loquacitas propter indiſcretionem loquentis. Verbi gratia in detractione, ſiquis detrahendo .i. dicendo peccata ꝓximi occulta vel bona diminuendo quocunqꝫ modo vel ꝑ verba vel per ſigna: & nutus vel per taciturnitatē. Si ex hoc intendit denigrare famam alterius propter inuidiam vel iram vel aliquod hmōi, peccat mortal'r. Si āt non intendebat hoc: ſed tn̄ hoc ex loquacitate ſua ſeqtur nō videt̄ excuſari a pctō mortali: & tenet̄ excuſari reſtituere famam, quam ſi non poteſt reſtituere: tenetur aliquo modo ſatiſfacere. & nota, quod non minus peccat: qui audit q̄ qui dicit: immo aliquando plus: maxime cum audit ex odio vel audiendo prebet occa-

ſionem dicendi. Si autem audit non libenter: ſed tamen ex quodã reſpectu humano tacet: non peccat mortaliter niſi forte videat: ꝙ ex hoc ſequitur magna dei iiuria vel magnũ ꝓximorum damnũ. cui rñdendo ipſe poſſet remediare: ⁊ maxime ſi ſit p̃latus vel pater dicentis: qui tenet̃ reprehẽdere ſubditũ ſuũ: & nullo modo dȝ audire. Siquis autem dicat vel audiat defectus proximi ſui: ex quibus non ſequitur denigratio fame notabiliter. nõ itendens etiam denigrare famam eius: nõ peccat mortaliter: nec dicens: nec audiens. Et quod dixi de detractiõe intellige etiam de contumelia: per quam ꝓximus inhonoratur in p̃ſentia: & ſimiliter de ſuſurratione: per quã tollitur amicitia: & ſimiliter de irriſione: quia contemnitur proximus: qui eſt diligẽdus &c. & ſimiliter de maledictione: quam vulgares vocat blaſphemiam: qñ dicit: veniat tibi tale qd: vt mors vel aliquod aliud malum. In omnibus enim oportet cõſiderare affectũ: & intentionem dicentis que ſi non eſt ad malum finem intẽta: oportet poſtea conſiderare: ſi ex tali loquacitate ſequitur per indiſcretionem loquentis ſcandalum vel proximi damnum notabile. In adulatione etiam conſidera finem adulantis vel intentionem vel effectum vel bonum vel malum vel effectum talis adulationis. Vtputa: ſi ex adulatione aliquis efficiatur ſuperbus vel peior vel audacior ad malum: poterit adulatio eſſe peccatum mortale: maxime ſi hoc intendebat adulator vel veriſimiliter credebat vel etiã dubitabat. quod ſequeretur. Interroga etiam ſi reuelauit qs ea que habebat ſub ſigillo cõfeſſionis vel ſub ſigillo fidei; qa peccauit mortaliter. Hec ſunt ergo que mihi videntur interroganda a penitẽtie: & licet multa alia poſſent ſubiungi: tamen iſta comuniter occurrunt: & per iſta eadem poteris ſaltem de aliis dubitare. Nunc igitur ſubiungendum eſt. qualiter peccator eſt abſoluendus: & dimittendus.

¶ Incipit Tertia pars de modo abſoluendi, & iniungendi penitentiam.

POſtquam peccator fuerit diligenter examinatus: debet confeſſor ex his que audiuit ab eo cōſiderare: ſi eſt aliquis caſus: a quo ipſe non poſſit abſoluere & ſi qdem eſt excōmunicatus aliqua excōicatione: a quo nō pōt abſoluere eū: debet eum vt in principio dixi ad ſuperiorem mittere pro abſolutione vel ab eo accipere licentiam & autoritatē abſoluēdi anteq̄ abſoluatur a peccatis. Si autē habet aliquod pctm̄ graue: cuius abſolutio de iure vel cōſuetudine ptinet ad ſummum pontificē vel ad ep̄m vel ad alium ſuperiorē, pōt ipm abſoluere a peccatis, a qbus non eſt ei prohibitum abſoluere: & remittere ipſum ad ſuperiorem vt de aliis ab eo abſoluatur vel prius eum ad ſuperiorē remittere: vt ab eo prius abſoluatur: ita tn̄, ꝙ ipſe dꝫ audire oia peccata .i. tam ea quibus pōt, q̄ ea a quibus non pōt abſoluere, vt medicus cognoſcat totam infirmitatē egroti melius tn̄ eēt: ꝙ quererer auctoritatem ſuperioris: vt vna tn̄ fieret abſolutio. Dꝫ deinde cōfeſſor examinare, ſi eſt exconmunicatus pro damno facto: & ſi pōt ſatiſfacere: qa ſi pōt, non dꝫ eum abſoluere, niſi ſatiſfaciat, Si aūt emēdam p̄ſtare nō pōt dꝫ p̄ſtare idoneam cautionē .i. pignorantiā fideiuſſionē vel ſaltē iuratoriam ꝙ .ſ. ſatiſfaciet ſi venerit ad pinguorem fortunā, Si aūt habet aliqua reſtituere, dꝫ ante abſolutionem ipſuꝫ ad hoc inducere ſm̄ ea que ſupius determinata ſunt de reſtitutione. & ſi nō pōt reſtituere, ad impoſſibile nemo tenetur, dꝫ tamē habere ꝓpoſitum reſtituendi, ſi venerit ad pinguiorē fortunā. Si aūt pōt reſtituere abſolute, ſed tn̄ nollet diminuere ſtatū ſuum, non eſt abſoluendus niſi reſtituat vel dilationē habeat a creditore vel donationem due tn̄ donatio cum ſit libera datio opꝫ ꝙ non ſit facta ex timore vel verecondia vel violentia, & hoc relinquit̄ prudentie: & diſcretioni confeſſorū vel ēt penitētis. Si enim ex circunſtantiis apparet manifeſte: ꝙ creditor libere donat pōt ſtare debito cum bona

conſcientia. Si autem hꝫ dubitationem: debet potius cõ ſciẽtiam bonam, & quietam poſſidere q̃ pecunias. Poſtq̃ igitur peccator fuerit diſpoſitus ad ſatiſfationẽ, eſt ei penitẽtia diſcreta iniungenda: ita ꝙ magnis peccatoribus qui non multã oſtẽdunt contritionẽ: iniungenda eſt parua penitẽtia, ne multa ligna modico igni ſuperpoſita ipſum extinguant, maxime quãdo dubitatur, ꝙ nec magnam nec mediocrẽ facerent penitentiã, q̃uis ꝓmitterẽt facere. Denunciandum tñ eſt ei, q̃ magnam penitentiam meretur, & hortandus eſt: vt p ſeipſum deo melius ſatiſfaciat. Siꝛ illis: q oñdunt excellentẽ ꝯtritionẽ eſt iniũgenda parua penitentia: qa ꝯtritio excedit oẽm exteriorem ſatiſfactionem mediocriter aũt cõtritis iniungẽda eſt penitentia mediocris: ꝑut videbiť diſcretioni confeſſoris. In oibus ãt hoc ſerua: qa penitentiẽ non ſolũ ſunt ſatiſfactiones. ſed ẽt medicine aĩe ꝙ iniungas talem penitentiã, que ſit aĩe medicina, & non eius ruina. Vnde ſacerdos ſemp deberet iniungere penitentiã per ꝯtrarium: vtputa ſuperbo actum humilitatis, auaro elemoſynam, accidioſo laborẽ, & ſic de aliis. Et ſi dicit peccator, ꝙ nõ poteſt facere illam vel illam penitentiam debet ſacerdos eum inducere, vt faciat eam allegando priuatem peccatoꝝ. Q đ ſi non põt ẽt ſi deberet ſolum dare ei vnũ pr̃ nr̃ nõ dimittat eũ deſperatũ. Deinde ſi eſt excõmunicatus debet ab excõicatione prius ipſum abſoluere. vt ſepe dictum eſt, in qua quidem abſolutione q̃tuor requiruntur. Primũ eſt iuramentum, vt. ſ. iuret ſtare mandatis eccleſie: ſeu parere mãdatis ipſius abſoluentis, qui tenet pſonam eccleſie. Verũ de pueris eſt dubitatio an iurare debeant mihi videtur, ꝙ opinio que dicit: ꝙ ſolum debet exigi iuramentũ pro horrendis criminibus: ſeu maioribus: non aũt pro minoribus, ſit magis rõnabilis hoc tñ reliqtur diſcretioni epi, & cõfeſſoris. Secundũ eſt ſatiſfactio de q̃ dictũ eſt vel cautio, ſi nõ põt ſatisfacere. Tertium eſt oro, dꝫ eni peccator denudare ſcapulas vel ſcapulã vnã: & ſacerdos cũ virgis ꝑcutiet, dicendo pſalmũ,

(Miſerere mei &c.) vel alium plaſmū pnialem. Quo di cto ſubiungat (Kyri. Chriſti. Kiri. &c. Pr̄ nr̄ &c. Et ne nos. Sed libera. &c. ℣. Saluū fac ſeruū tuum. ℟. Deus meus ſperātem in te. ℣. Nichil ꝓficiat inimicus in eo ℟. & filius iniqtatis non apponat nocere ei. ℣. Eſto ei dn̄e turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dn̄e exaudi oronē meā m. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Dn̄s vo biſcū & cū ſpiritu tuo. Oremus Deus cui propitium eſt miſereri ſemꝑ & parcere: & ſuſcipe deprecationē noſtrā & quem vel quam excōicationis ſnīa cathena ligat, miſe ratio tue pietatis abſoluat. Per chr̄m dn̄m nr̄m. amen.) Deinde fiat abſolutio, cuius forma talis eſt (Auctorita te oīpotentis dei & beatoꝶ apl'oꝶ Petri & Pauli & eccle ſie ſancte ſue, & noſtra vel auctoritate mihi commiſſa ab ſoluo te a tali ſententia vel ab excōmunicatione, quam incurriſti ꝓpter talem & talem cauſam, & tociēs quotiēs eam incurriſti, & reſtituo te ſanctis ſacr̄is eccl'ie dei & cōio ni, & vnitati fidelium, in nomine patris & filii & ſpūſſan cti amen,) & dicendo hec omnia ſemper verberet eum. Quarto debet ei iniungere mandata racionabilia, & ma xime, ꝙ contra illum canonem, in quē incidit, nunq̄ ve niat, vt incendiario, ꝙ nunq̄ incendat, & ſimilia. Et nota ꝙ q̄uis ṗdicta omnia ſint obſeruanda non tamen ſunt de ſubſtantia abſoluationis huiuſmodi que pōt fieri ſim plici verbo, verbi gratia. (Ego abſoluo te vel te benedi co, vel volo, ꝙ tu ſis abſolutus,) non habet enim hec ab ſolutio determinatam formam, ſicut abſolutio a pecca tis, Vnde propter aliquam rationabilem cauſam pre fata ſolemnita pretermiti poteſt, & maxime verberatio & hoc precipue circa mulieres, quia in eis vel oīno eſt di mitenda vel ſuꝑ veſtimenta facienda: deinde ſubiungen da eſt abſolutio a peccatis. & quia excōmunicatio mi nor facit, ꝙ homo non ſit particeps ſccr̄orū debet prius abſolui ab excōmunicatione minori: ſi ea ligatus eſt: ma xime ꝑꝑ ꝑticipationem cū excōicatis maiori: & qa facile incurrit homo in excōicationem minorem: pōt ēt eſſe

q̄ penitens ſit excōmunicatus maiori neſciens ad maio-
rē cautelam ꝯſuetum eſt in omni abſolutioni a peccatis
premitti abſolutio ad excōmunicatiōe: & ſit tota baſolu-
tio cum conditione hoc modo (Si teneris aliquo vincu-
lo excōmunicationis: a quo poſſunt te abſoluere: ego ab
ſoluo te: & reſtituo te ſāctis ſacramētis eccleſie dei cōmu
nicati: & vnitati fidelium, Misereatur tui &c. Filius dei
per ſuam miſericordiam te abſoluat: & auctoritate ipſiu
qua fungor: ego abſoluo te ab omnib⁊ peccatis tuis mi-
hi modo cōfeſſis: pariter & oblitis: in nomine patris ⁊ fi
lii: & ſpūſſancti amen. Paſſio dn̄i noſtri ieſu chriſti: & me
rita beate Marie virginis: & oīum ſantoꝝ: & quicquid
boni feceris. & intēdis facere: & mala que patienter ſuſti
nes & ſubſtinebis ſint tibi in remiſſionem peccatoꝝ tuo
rum, & in augumentum gratie & in p̄mium vite eterne:
in nomine patris & filii & ſpiritusſanti amen) Illud au-
tē: quod eſt de ſubſtantia huius forme: eſt hoc ſolum vi-
delicet. (Ego abſoluo te) cetera vero ſunt diſpoſitiones
vt (Miſereatur tui &c.) & virtutes q̄dam: vt. ſ. peniten-
tia peccatori iniuncta hēat maiorē vim: & robur ad ex-
piandum ipſa peccata. Si quis aūt plenariam indulgen-
tiam a ſummo pontifice impetratam vult habere: ſeu ple
narie abſolui a peccatis ſuis in vita: qn̄ eſt ſanus: ſic fa-
cies abſoluitionē. (Auctoritate dn̄i noſtri Ieſu chriſti: &
beatorum apoſtolorum Petri & Paulo, & dn̄i noſtri pa
pe michi in hac parte conceſſa: & quantum debeo: & poſ
ſum: ego abſoluo te ab oībus pctīs: de qbus vere ore cō-
feſſus: & corde contritus fuiſti in ſpeciali: & in generali:
in nomine patris: & filii & ſpiritusſanti amen. Eadē au-
ctoritate do: & cōcedo tibi oīum peccatoꝝ tuorum atq;
penarum pro his debitarū indulgētiam: & remiſſinem
quantū claues eccleſie ſe extēdunt & quātū bene placitū
extiterit in oculis diuine maieſtatis ſm̄ ꝙ ſummi pōtifi
ces cōſueuerunt ſpecialiter impartiri. Que qdam plena
ria indulgentia ſit tibi in augmētum virtutis & gratie: &
in acquiſitionem vite eterne: in nomine patris: & filii: &
ſpiritus

ſpiritusſancti amen.) Si vero hanc gratiam habuerit ſolum pro mortis articulo ante illa verba (Que quidem plenaria indulgentia &c.) interponant hec videlicet, (Si de hac infirmitate decedas vel ſi hac vice morieris, aut ſimila.) aliter tibi gr̃a facta integra remaneant ſalua, quã docunq; in mortis articulo fueris cõſtitutus deinde ſubiungatur illa verba. (Que qdem plenaria.) Facta aũt abſoluere exhortandus eſt peccator ad pſeuerantiam: & animandus ad tolerãtiã tentationum, & demum dimittendus eſt, & dño deo commendandus, qui eſt glorioſus, & benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Explicit introductio cõfeſſorum reuerendi patris fratris Hieronymi de Ferraria, ordinis predicatorum

SEquens libellus traditus fuit per reuerendiſſimum patrem prouincialẽ puincie tholoſane: ordinis predicatorum: priori briuienſi ſub tali mãdato, vt infra qndenã a receptione eum trãſcribi faciat, ac eius copiam recipiat fratreſq; oẽs ſui cõuẽtus: q nõdum quadrageſimũ annũ in ordine attigerunt, ſi p̃dicatores: aut lectores vel priores in locis ſolẽnibus nõ fuerũt cõpellat: vt ſinguli penes ſe copiam habeant ſine mora, & ip̃m cũ oĩ diligentia ſtudeant, & adiſcant. Teneanturq; ſub pena priuationis gratiarũ ordinis infra quatuor mẽſes: poſtq̃ copiam habuerunt cõtẽta in dicto libro ĩtelligere, & ſcire arbitrio eiuſdẽ prioris: lectoris vel aliorum ad hoc idoneorum. de quibus ipſe prior ordinauerit. Addiciens: vt nullus frater fiat de cetero p̃dicator: aut ꝯfeſſiones extraneorum audiat quouſq;: vt p̃miſſum eſt oĩa didicerit, & in eis fuerit plurimum informatus. Poſtq̃ vero dictus prior hmõi copiam & exẽplar recepit ip̃m priori ſigiacẽſi ſigiacẽſis ruthenſi: ruthẽſis vero albienſi: albiẽſis vero caſtrẽſi: caſtreſis vero carcaſſonẽſi carcaſſonẽſis vero limonicenſi: limonicenſis vero puinciali mittere teneaĩ. Qui oẽs cum ad eos puenerit p̃miſſa oĩa: & ſingula modo quo de priore

breuienſi dictum eſt:ſtudeāt executioni debite in ſuis cō uentibus demandare ſub pena ſupius expreſſa. Q uilibet etiā p rior hujus lr̄e copiā retineat:vt qd habeat de hoc agere.melius ſcire poſſit qđ autem de priore dicit̄ : hoc intelligitur de tenente eius locū. Imponit ergo ꝓuincia li diſtrictione:qua pōt:tā prioribus q̄ aliis fratribus ſub pena ſuperius expreſſa:hec omnia obſeruari. Volens: & ordinans,vt in ſequenti capitulo prouinciali priores,& viſitatores relationem faciant, quo modo hec omnia fuerint executioni mandata.

¶ Recollectorii rudimentorū ſacre theologie pro nouis predicatoribus, & confeſſoribus. ac fratribus ſimplici bus per quendam frēm ordinis predicorū editi.

Prologus.

QVia frequenter contingit:ꝙ noui predica tores,& confeſſores,ac ceteri fratres ſim pliciores:quorū capacitas ād inueſtigan da ſacre theologie ſubtiliora ⁊ altiora mi nime extēditur,in diuerſis etiam que mi nus ſubtilia ſunt deficiunt quod quidem non occideret ſi circa huiuſmodi groſſiora,& cōmunio ra que frequenter occiderunt :& de quibus ſeculares ſe penumero faciunt qōnes,exercentur. Iccirco cōſiderans huic defectui pro viribus obuiare:preſentem libellum ex dictis ſacrorū doctorū precipue ſāctiſſimi Thome aqui natis,quaſi quedam ſacre theologie rudimenta compi laui,& in vnum aggregaui,vt dicti fratres ea in prom ptu habeant cum eis fuerit oportunum Sumitur autem prin cipiū a gr̄a que dat eſſe ſpūale,vt in fra dicet̄ & tā in ſpūalibus q̄ in corporalibus ꝑcedit eſſe, quem quidem libellū pſequentia diſtinxi capitula:videlicet.

¶ Rubrice capitulorū in ſequens opuſculum.

De gratia & quot modis ſumitur. cap. 1
De tribus virtutibus theologicis in generali. cap. 2
De ſymbolo fidei, & diſtinctione eius. cap. 3

De articulis fidei q̃tū ad diuītatē & humanitatē. ca. 4
De ſeptē ſacr̄is eccl'e, & diſtinctione eorundem. ca. 5
De conſanguinitate &, affinitate, & cognitione ſpiritua li & gradibus corunden. cap. 6
De petionibus, & expoſitione orationis dominice, ſcili cet: pater noſter. cap. 7
De expōne ſalutationis angelice. ſ. aue ma. cap. 8
De peccatis decologi, numero & ordine eorūdem & de preceptis nature. cap. 9
De preceptis eccleſie. cap. 10
De inuētione paſche: & aliorū feſtorū mobiliū, & de pri matione lune, & biſſexto & de tp̄e aduētus & ieiunii: quatuor temporū & celebratione nuptiarū. cap. 11
De quatuor virtutibus cardinalibus. cap 12
De donis ſpūſſc̄ti, & diſtinctione eorundem. cap. 13
De operibus miſericordie tam corporalibus quam ſpi ritualibus. Cap. 14
De correctione fraterna & ordines eiuſdem. cap. 15
De q̄buſdā ad p̄fectionem huius vite inducentibus ⁊ de octo beatitudinibus & aliis q̄busdam. cap. 16
De dotibus anime & corp̄is ⁊ aureolis & fructib⁹ ca. 17
De receptaculis aiaꝝ poſt vitam p̄ſentem. cap. 18
De ſeptē vitiis capitalibus & filiabus eorū, & de peccato originali: veniali & mortali. cap. 19
De excōicatione maiori & minori, & de differētia eaꝝ ⁊ de excōicationibus papalibus & ep̄alibus. cap: 20
De diſtinctione corporū vniuerſi, vꝫ elementorū, & celo rum: ac potentiis anime. cap. 21
De deſcriptione locorū vniuerſorū, & regionem. cap. 22
De deſcriptione tēporū. ſ, breuis cronica oium hyſtoria rum biblie & de diuerſis monarchiis, & de chriſtiani tate, & allis ſectis mundi. cap. 23
De diſtinctione, & numero librorū biblie. cap. 24
De dictinctiōe etatū, & de tp̄e durationis mundi. ca. 25
De periculis: ſeu defectibus qui accidunt circa euchari ſtie ſacramentum. cap. 26

¶ De gratia quid eſt: & quod modis accipit. Cap. I.

GRatia dei dicit̃ vno modo bona voluntas ſiue dilectio dei: qua vult bonũ alicui. Alio modo bñficium gratis non ex debito exhibitum: ⁊ collocatũ a deo. Et gratia hoc modo dicta adhuc dupl̃r ſummit̃: vno modo pro nobis naturalibus: ipſa etiam fortuita includendo: & ſic accipitur large & cõiter: alio modo dicitur ꝓprie, & ſpãliter pro bonis ſpũalibus additis naturalibus, & hoc modo diuiditur in grãm gratũ facientem, & grãm gratis datã. Gratia aũt gratũ faciẽs eſt qđdam donũ habituale, & q̃dam bona q̃litas: ꝑ quam aĩa aſſimilatur, & cõiũgitur maxime creatori. Et eſt ſubiectiue in aĩa: ſicut color in pariete, & iſta in vno ſubiecto non multiplicat̃. Grã aũt gratis data eſt: ꝑ quã hõ coopatur alteri, vt ĩ deũ reducat̃ ſicut bñ ꝑ̃dicare facere miracula & ꝓphetare: & alia q̃ enumerat apl̃s corinthiis: (Diuiſiones inqens grãꝶ ſunt &c.) Dr̃nt ãt grã gratũ faciẽs, & grã gratis data, qa pria excludit pcm̃ mortale, & ſemꝑ ẽ cũ charitate: ſcđa aũt ſtat ſimul cũ pcõ mortali & põt eſſe ſine charitate: qa mali aliqñ bñ predicãt, & faciũt miracula: ſicut illi de qbus legitur in actibus qui in noie Ieſu demones expellebant, & ꝓphetabãt, ſicut legitur de Balaam in libro numerorũ. Grã gratũ faciens eſt principiũ merendi & ſine ipſa hõ ſaluari nõ põt: & hec cõfertur in baptiſmo: & in aliis ſacr̃is, ſi hõ fuerit diſpoſit⁹ Differt aũt hec grã a charitate: ſicut aĩa a ſuis potentiis: qa grã eſt principiũ eſſendi ſpũal̃r ſicut aĩa eſt principiũ eſſendi natural̃r: charitas aũt eſt principiũ opandi ſpũal̃r, ſicut potentia eſt principiũ opandi natural̃r: q̃uis aliq ponant idem eſſe grãm & charitatem. Conſueuerũt autem dari alie diſtinctiones de gratia: quas late proſequitur Sanctus Thomas in prima ſecunde.

¶ De tribus virtutibus theologicis. Cap. 2

COnſequenter dicẽdum eſt de tribus virtutib⁹ theologicis: q̃ ſunt fides: ſpes: charitas. Q ue iõ theo-

logice appelantur: qa a deo nobis ſupnaturaliter infundunt: que ēt neceſſarie ſunt & ſufficiunt ad ſalutē. De qbus primo videndum eſt in generali: & poſtea in ſpāli, & hoc de his in qbus explicant, & de qbuſdā aliis ad eas ptinentibus. (Fides eſt ſuſtantiam ſperādarū rerū: argumentū non apparentiū: vt dicitur ad hebreos. xi:) & pōt clarius dici, φ fides eſt virtus, qua creduntur ea, que non vñr, tñ diuinitus reuelata ptinentia ad ſalutē. hec aūt in articulis fidei ꝯtinētur, qui in ſymbolo declerantur. Conſiſtit ergo fides in hoc, φ hō captiuet ſuū intelectū ad aſſentiendū his, que reuelata ſunt a deo q̄uis naturalē capacitatem rōnis excedāt. Principale aūt obiectū fidei eſt veritas prima ſiue diuina qđ idem eſt, ex quo ſequuntur que cōcluſionis. Prima ꝯcluſio eſt: φ fidei falſum ſubeſſe nō pōt: qa eius obiectū eſt veritas infallibilis. ſ. deus: q ſemper verax eſt. Secunda ꝯcluſio: φ fides eſt vna ppter vnitatē obiecti, licet eni credibilia ſint diuerſa, oīa tñ reducuntur ad vnum. Actus aūt fidei ſunt duo. Primus eſt credere qui cōſiſtit in iterniori adheſione, & aſſenſu mētis ad ea que pponuntur. Secundus eſt cōfiteri q conſiſtit in hoc, φ in caſu neceſſitatis vbi fides periclitatur, hō exponat audacter fidem ſuā aliis ad inſtructionē ignorantium vel ad cōfirmationem fideliū ſeu ad inſultationem infidelium reprimendā. Nā ille q non libere pnunciat veritatem nec defendit quā pnunciare: & defendere tenet: pdictor eſt veritatis. De iſtis duobus actibus dr̄ ad Ro. x. (Corde creditur ad iuſticiā) quo ad primū: (ore autē ꝯfeſſio fit ad ſalutem) quod ad ſecundū. Eſt etiā ſciendū φ quedā eſt fides formata, que. ſ. eſt in hñte charitatem: qa charitas eſt forma fidei quedam informis que. ſ. eſt in non hñte charitatem, ſeu grām de qua dicitur iacobi ſecundo. (Fides ſine opibus mortua eſt.) Eadē aūt poteſt eſſe fides numero informis, & formata, qa idem eſt habitus fidei in hoīe, q amiſit charitatem per pctm̄ ſicut ante Spes autem dici pōt virtus, qua ſperatur futura beatitudo ex diuina grā & pſonalibus meritis ſumens origi-

nem & hoc ſm Auguſtinum in enchyridion per orōnem dn̄icam explicat̄. Expectare āt futuram btitudinē ſine meritis non eſt ſpes, ſed p̄ſumptio. cū ſiſtit ergo in hoc: ꝙ hō inittens auxilio diuino cōfidit bn̄ agendo ad eternā btitudinē puenire. Spes āt ſine fide eſſe nō pōt ſm Auguſtinū. Differunt āt nō ſolum in ſe: ſed ēt reſpectu obiecti: qa fides eſt bonarū rerū, & malarū credūtur. n. gaudia paradiſi & ſuplicia inferni ſpes aūt eſt ſolū bonarū rerū. Item eſt p̄ſentiū p̄teritoꝝ ⁊ futurorū vt pꝫ de ſe ſpes aūt ſolum eſt futurorū. Eſt aūt ſpes in viatoribus, & ēt in his qui ſunt in purgatorio, qa ſperant ſuam liberationem in beatis aūt & damnatis nō eſt ſpes, vt tenent meliores. Item ī Chriſto nec ſpes, nec fides fuit: qa anima eius clare videbat & apprehendebat diuinitatem a principio ſue cōceptionis. Charitas autem eſt virtus, qua deus diligitur propter ſe: ideſt ſuper oīa, & proximus propter Deum: In quibus etiam includitur dilectio ſui corporis proprii, vt dicit Auguſtinus in libro de doc. Chriſtiana. In dilectione etiam ꝓximi cōtinetur dilectio angelorum ſm eundem ibidem. Ad dilectione aūt charitatis oīa p̄cepta vtriuſqꝫ teſtamenti ordinantur ſm eundem ibidē: ad idē ordinari vn̄t oīa conſilia: ad idem etiam ordinari vn̄t monitiones, & exhortatiōes poſite in ſcriptis. De oībus autem iſtis, & aliis pertinentibꝰ ad dictas tres virtutes lata fit ꝓſecutio in tertio ſniarum tam in textu q̄ in gloſis, & etiam in ſecunda ſecunde ſancti Tho. Conſiſtit ergo charitas in hoc ꝙ homo totum ſtudium ſuum deputet ad vacandū deo oībus aliis p̄termiſſis: niſi quantum neceſſitas preſentis vite requirit. Et hec eſt charitas perfectorum in vita vel ſaltem ꝙ habitualiter homo totū cor ſuum ponat in deo: ita ꝙ nihil cogitet vel velit qđ ſit diuine dilectioni ꝯtrarium, & eſt neceſſaria generaliter cuilibet viatori. Ordo autem in charitate ſeruandus eſt talis, quia in primo gradu ſup oīa diligendus eſt deus: in ſecundo gradu diligenda eſt aīa propria ſup cetera poſt deum: in tantum: ꝙ hō non debet peccare mortaliter pro

vita alicuius conſeruanda ſm Auguſtinū, in tertio gra‑
du diligenda eſt aïa ꝓximi: etiam pluſq̄ corpus ꝓpriū
vt dicit Auguſtinus in quarto gradu corpus proprium
non vt laſciuiet, ſed vt viuat. Inter ꝓximus magis ſunt
diligendi ꝓpinqui ceteris paribus: inter ꝓpinquos pa‑
rentes ceteris paribus ſunt amplius diligendi. Sed con‑
tra hec: que dicta ſunt: videtur eſſe illud p̄ceptum. (Dili
ges ꝓximum tuum ſicut te ipſum) nō ergo debeo plus
me diligere q̄ proximum. Sed dicendū, ꝙ illud aduer‑
bium ſicut eſt aduerbium ſimilitudinis, cum ergo dicit.
(Diliges proximum tuum ſicut teipſum:) ly ſicut aut di
cit ſimilitudinem quantum ad quantitatē dilectionis: &
ſic non intelligitur p̄ceptū: quia plus debeo diligere me
q̄ alium: vnde ſm Auguſtinum: plus debeo quemcunq̄
alium velle damnari ēt patrem meū q̄ meipſum. Aut ly
ſicut dicitur ſimilitudinē quantum ad modū diligēdi, vt
ſicut debeo me diligere in his que bn̄facio, & nō in malis
nec in pctis, ſic ēt ꝓximū: Aut dicit ſimilitudinē quātū
ad fidem: & obiectum, vt ſic diligo me, quia volo mihi
grām in p̄ſenti, & gloriam ī futuro, ſic ēt ꝓximū. Aut di
cit ſimilitudinem quantum ad cām vt. ſ. ſicut debeo me
diligere ꝓpter deum inquantū ꝑcipio aliquam diuinā
bonitatem, ſic etiam proximum. Et in iſtis tribus modis
dilectio proximi cadit ſub precepto.

¶ De ſymbolo: & diſtinctione eius cap. 3

VIdes explicatur in ſymbolo in articulis
in eo contentis. Eſt autem triplex ſymbo
lum fidei, videlicet ſymbolum apoſtolo‑
rum, ſymbolū niceni cōcilii, & ſymbolū
Athanaſii. Symbolum apoſtolorū dicit:
qd apli poſt aſcenſionē dn̄i ad docendum
fidē tanq̄ regulā fidei ediderunt. Dicitur aūt ſymbolum
a ſym, quod eſt ſimul, & bolus, quod eſt morſellus, quia
quilibet apoſtolorum bolum ſuū: ideſt particulam ſuam
poſuit in eodem. Nam Petrus dixit primum articulum,
& alii apoſtoli ſubſequenter alios addidrunt.

1.	Petrus.	Credo in deū patrem oīpotētē: creatorem celi & terre.
2.	Andreas.	Et in ieſum chriſtum filiū eius vnicū dominum noſtrum.
3.	Iacobus maior.	Qui cōceptus eſt de ſpiritu ſctō natus ex Maria virgine.
4.	Ioannes.	Paſſus ſub pontio pilato: crucifixus, mortuus & ſepultus.
5.	Thomas.	Deſcendit ad inferos: tertia die reſurexit a mortuis.
6.	Iacobus minor.	Aſcendit ad celos, ſedet ad dexteram dei patris oīpotentis.
7.	Philiphus.	Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.
8.	Bartholomeus.	Credo in ſpiritum ſanctum.
9	Mattheus.	Sanctā eccleſiā catholicā: ſanctorum conmunionem.
10	Symon	Remiſionem peccatorum.
11.	Thadeus.	Carnis reſurrecionem.
12.	Mathias.	Vitam eternam amen..

¶ Quia vero predictum ſymbolū fuit editum: qn̄ fides nodū erat ꝓpalata: ideo non palā dicitur: ſed in ſecreto. Item qa fuit editū ad ꝓponendā fidei doctrinam: iō dr̄ quottidie in prima & in cōpletorio quaſi in pricipio diei & noctis: ad deſignandū: ꝙ oīs noſtra opatio a fide dꝫ accipe initiū: & etiā qa per ipſam fidem dirigimur in proſperis: & aduerſis. Per diem eni ꝓſperitas & per noctem aduerſitas deſignaī. Symbolo aūt niceni cōcili qđ incipit. (Credo in vnū deum:) eſt qđ ſancti pr̄es in pria vl̄i ſynodo aput nicenā vrbem congregati ediderunt ad declarationem fidei ꝯfutationē hereſum: que a tpibus apoſtoloꝝ vſqꝫ tunc fuerant per diuerſos hereticos ſuſcitate in quo ſymbolo clarius explicantur, q̄ in primo ſymbolo implicite ꝯtinebantur. Quia vero p̄dictum nicenū ſymbolū fuit factū, ſeu editum tpe fidei propalate: ideo dr̄ ſtatim imediate poſt euangeliū: quaſi expoſitio ipſius

euangelii. Forma aũt: ſm quam cantatur in miſſa, fuit tradita a ſanctis patribus cõgregatis in ſecũda ſynodo vniuerſali apud Cõſtantinopolim celebrata tpe Damaſi pape. Simbolum Athanaſi, qđ incipit (Quicũq; vult ſaluus eſſe) ipſe ſanctus Athanaſius Alexãdrine vrbis venerabilis patriarcha edidit pro integritate fidei oſtendenda ſpãliter cõtra hereticos, qui ſuis tpibus inſurrexerunt cõtra pſonam Ieſu Chrĩ quantũ ad vtrãq; natura, diuinã. ſ. & humanã. Quia ergo illud ſymbolum editũ eſt cõtra hereticos: ideo dr̃ in pria hora die quaſi tenebris hereticorũ iã expulſis. Et qr ſymbolũ nicenũ, & ſymbolũ Athanaſii fuerunt editi, nõ qdem ad pponẽdã fidem vt ſymbolũ apoſtolorũ, ſed potius ad defendendã: ſeu elucidandã ipſam fidem: ideo non dicuntur ſingulis diebus: ſed in illis in qbus homines maxime ad ecclẽiã venire cõſueuerunt, & in illis, in quibus fit aliqua ſolemnitas, de illis q̃ noſcunt̃ ad articulos fidei pertinere.

¶ De articulis fidei quantum ad diuinitatem & humanitatem. cap. 4

ARticuli fidei in ſymbolo apl̃orum, & in ſymbolo niceno cõtinent̃. In primis igitur oportet nos ſcire, ꝙ tota fides chriſtiana circa diuinitatẽ, & humanitatẽ Chrĩ verſator: vnde Chriſtus loqueas voce hoīs dicit. (Creditis in deũ, & in me credite.) Circa vtrũq; horum a quibuſdã ſeptem, a qbuſdã ſex articuli diſtinguũtur, & ſic oẽs articuli ſm quoſdam. xii. ſm quoſdam vero. xiiii eſſe dicunt̃. Primo igitur. vii. articuli circa fidem diuinitatis hoc modo diſtinguuntur, ſunt enĩ circa diuinitatẽ tria cõſideranda. ſ. vnitas diuine eſſentie, trinitas perſonarum, & effectus diuine virtutis. Primus igitur articulus eſt: vt credamus diuine eſſentie vnitatim, ſm illud qđ ſcribitur deutero. xi. (Audi iſrael: dñs Deus tuus: deus vnus eſt,) & quantũ ad hũc articulum ponitur in ſymbolo apoſtolorũ. (Credo in deũ,) & i ſymbolo niceno additur (vnum.) Et nota: ꝙ fides catolica credit ĩ deũ, credit in deum, & credit deo. Credere deum eſt credere ipm, cre

dere in deum eſt credendo amare deū: & credendo eū ire, & membris eius incorporari: credere aūt deo, eſt credere verbis ipſius. Primum & tertiū credere bonorū & malo rū eſt, ſed ſm bonorū tantū: qa credere deum, & credere deo & bonis & malis cōe eſt ſed in deum credere. ſpāliter bonorū eſt, Secundus articulus eſt. ꝙ credamus pſonam patris, & quantum ad hunc ponitur in vtroqꝫ ſymbolo: (Patrem oīpotentem.) Tertius eſt, vt credamus perſo- nam filii & quantum ad hunc ponitur in ſymbolo apo- ſtolorū. (Et in ieſum chr̄m filiū eius vnicū dn̄m noſtrū) & in ſymbolo niceno. (Et in vnū dn̄m ieſum chr̄m &c.) vſqꝫ (p quem oīa facta ſunt.) Quartus eſt, vt credam⁹ pſonam ſpiritusſancti, & quantum ad hunc articulū po nitur in ſymbolo apoſtolorū, (Credo in ſpm̄ ſanctum:) & in ſymbolo niceno. (Et i ſpm̄ ſanctum dn̄m &c.) vſqꝫ (Qui locut⁹ eſt per ꝓphetas.) Quantū ad hos quatuor articulos dicitur prime Ioan. vlti. (Tres ſunt: qui teſti- monium dant in celo, pater, verbū, & ſpiritusſanctus, & tres vnum ſunt.) Quintus eſt de effectu nature, vt creda mus deum oīum creatorē: qa deus de nihilo creauit oīa: qa vt dicitur in ſpal̄. (Ipſe dixit: & facta ſunt ipſe man- dauit, & creata ſunt.) & quātum ad hoc ponitur in ſym bolo apoſtolorū. (Creatorē celi & terre) & in ſymbolo in ceno. (Factorē celi & terre, viſibiliū oīum, & inuiſibiliū.) Sextus eſt de effectu ſanctificationis, vt credamus deum collatorem gr̄e: iuxta illud ad Ro. iii. (Iuſtificati gratia ipſius) & ſub hoc articulo cōtinentur oīa ſacr̄a eccl̄aſtica & quecunqꝫ ptinent ad eccleſie vnitatem, & quantum ad hunc articulum dicitur in ſymbolo apoſ̄torū. (Sancta m eccleſiam catholicam ſanctorū cōmunionem remiſſionē peccatorum), & in ſymbolo niceno. (Et vnam ſanctam catholicam, & apoſtolicam eccleſiam: confiteor vnum ba ptiſma in remiſſionem peccatorum.) Septimus eſt de effectu remunerationis vt credamus reſurrectionē mor- tuorum, de qua dicitur prime ad cor. xii. (Omnes qdem reſurgemus:) & quantū ad hoc ponit̄ in ſymbolo apo-

ſtolorum.(Carnis reſurrectioné,vitam eternam)ſubiu-
telligendum eſt in oíbus ſemper credo in ſymbolo nice-
no.(Et expecto reſurrectioné mortuorũ,& vitam ventu
ri ſeculi).Iſti autem.vii. articuli in hoc verſu contenen-
tur videlicet.Eſt vnus trinus,factor, dator, retributor.
Vnus ſcilicet in eſſentia:trinus in perſonis:per creatio-
nem factor per ſanctificationem dator; per rectitudiné
bonorum & malorũ retributor.Alii vero,qui ponunt ſo
lum.vii.articulos circa fidem diuinitatis:ꝯiungiunt ſecũ
dum & tertium & quartũ de trinitate pſonarum ĩ vnũ
articulum:vltimum vero de remuneratione diuidunt in
duos,vt vnus ſit de reſurrectione, qui tangitur in ſym-
bolo,cum dr̃.(Carnis reſurrectionem)& alius de remu
neratione,q tangit̃ cũ dr̃:(Vitam eternã).Primus igitur
eſt de eſſẽtie vnitate:ſecũdus de pſonarũ trinitate:tertius
de effectu creationis, quartus de effectu ſctificationis.qn
tus de reſurrectione:ſextus de remuneratione. Nunc ãt
reſtat cõſiderare articulos:q ptinet ad humanitaté, quo
rũ primus eſt de cõceptione,ſecũdus de natiuitate,& quã
tum ad hos duos dr̃ in ſymbolo apoſtolorũ,(Qui conce
ptus eſt de ſpũ ſctõ:natus ex Maria vergine.) Et in ſym
bolo niceno,(Qui ꝓpter nos hoíes &c.vſq;,& hõ factus
eſt.) Tertius eſt de paſſione,& morte Chr̃i,& quãtũ ad
hunc dr̃ in ſybolo apl̃orũ.(Crucifixus mortuus, & ſe-
pultus:)& in ſymbolo niceno.(Crucifixus ẽt pro nobis
ſub pontio pilato,paſſus & ſepultus eſt.)Quartus eſt de
deſcẽſu ad inferos,credimus.n.aíam chr̃i ad inferos de
ſcendiſſe:corpe in ſepulchro iacẽte,& ideo dr̃ in ſymbolo
apl̃orũ.(Deſcendit ad inferos)In alio ãt iſte articulus
nõ ponit̃:cuius rõ duplex eſt:eſt vna,qa aliud ſymbolum
editũ fuit cõtra errores,q inſurrexerãt,vt dcm̃ eſt:ꝯtra ãt
hunc articulũ nullus inſurrexerat error:alia eſt,qa illud
ſymbolũ editũ fuit maxie ꝯtra Arriũ hereticũ,q dicebat
chr̃m eẽ purã creaturã,& qa deſcẽſus ad inferos ſuperfi-
cialr̃ videbat̃ arguere defectũ humanitatis magis q̃ ex
cel lentiã diuinitatis;ideo ibi non fuit poſitus. Quintus

eſt de reſurretione Chriſti: & quantū ad hūc articulum ponit in ſymbolo apl'orum. (Tertia die reſurrexit a mortuis:) & in niceno ſymbolo. (Et reſurrexit tertia die ſm ſcripturas.) Sextus eſt de aſcēſione in celū: vñ in vtroq; ſymbolo dr. (Aſcendit in celū &c.) Septimus eſt de aduentu ad iudiciū: & quantū ad hunc dr in ſymbolo apoſtolorum. (Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos:) & in ſymbolo niceno. (Et iterū venturus eſt cū gloria iudicare viuos: & mortuos: cui⁹ regni non erit finis) Iſti autē articuli cōtinent in his verſibus. Cōcept⁹: natus: paſſus: deſendit ad ima. Surgit: & aſcēdit: veniet diſcernere cūcta. Alii aūt: qa ponunt ſolū ſex articulos ꝯiūgūt duos. ſ. de cōceptionē: & de natiuitate in unum & ſic ſolū reſtant ſex: aliis qnq; ſtantibus: vt ſupra. Eſt autem ſciendum, ꝙ articulus dr quaſi artans mentē ad credendum vel dicitur articulis indiuiſibilis veritas de eo. Sicut enim membra illa hominis dicuntur articuli: que non pñt diuidi in alia membra, ſic in propoſito iſta: que non ꝓbantur ꝑ alia nec reſoluuntur in alia principia: ſed ſupponuntur tanq; principia theologie: dicuntur articuli fidei.

¶ De ſeptē ſacramentis eccleſie. Cap. 5.

SEptem ſacra eccleſie cōtinentur in articulo de ſanctificatione: q ad effectum grē ꝑtinet: Eſt ergo primo ſciendū: ꝙ ſm Auguſtinum ſacrm dr ſacre rei ſignū vel ſacrm eſt ſacrū: ſecretū ſacra aūt ꝯtinet: & conferunt gratia. In eiſ.n. In virtus Chrī ſub tegmento rerum viſibilium ſalutē nrām ſecretius opat: vt dicit idem Auguſti. & iō diffinit ſacrm: ꝙ eſt inuiſibilis grē: viſibilis forma: vt imaginē eius gerat & cā exiſtat. Sicut ablutio que fit in aqua baptiſmatis: repreſentat interiorem ablutionē que fit a pactis per virtutē baptiſm . Sunt āt ſacra ſeptem. ſ. baptiſmus. confirmatio, euchariſtia: penitentia: extrema vnctio ordo : mrimonium. Quorum prima qnq; ordinantur ad perfectionē vnius hois in ſeipſo: alia aūt ordināt ad pfectionē: & multiplicationem totius eccleſie: vita enim ſpūalis ꝯformatur vite corporali. In vita autem

corporali homo perficitur primo per generationem, qua naſcitur in hoc mundo: ſcdo per augmentũ, quo ꝓducitur ad quãtitatem & virtutem pfectã, tertio p cibũ, quo ſuſtentatur hoīs vitã, & virtus: Et hec qdem ſufficerent, ſi hoīes nunq̃ infirmari cõtingeret ſed qa homo frequẽter infirmatur: ideo, quarto indiget ſanitate. Sic eſt in vita ſpũali, primo quidem indiget hõ generatione, que fit per baptiſmum Ioannis tertio. (Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non poteſt introire in regnũ dei.) Secundo opꝫ, ꝙ hõ accipiat pfectam virtutẽ quaſi quodam ſpũalẽ augmentum que fit per ſacr̃m cõfirmationis ad ſimilitudinẽ apl'orũ, quos ſpũſſctũs in eos veniens cõfirmauit. Tertio opꝫ, ꝙ homo ſpiritualr nutriatur, qđ fit per euchareſtie ſacr̃m: ẜm illud Ioãnis ſexto. (Niſi manducaueritis carnẽ filii hoīs, & biberitis eius ſanguinẽ, nõ hẽbis vitam in vobis.) Quarto opꝫ, ꝙ hõ ſanetur ſpũliter: quod fit per ſacr̃m pnīe ẜm illud pſal': (Sana dñe aīam meam, qa peccaui tibi.) Et qa peccatũ hꝫ quaſi quaſdã reliquias remanentes, ideo poſtq̃ homo ſanatus eſt quantum ad pcm̃ in ſe indiget remedio ſanatiuo quantum ad reliquias. Qđ remedium p ſacr̃m extreme vnctionis hoī exhibetur, qđ ẽt cõfert aliqñ etiã ex orationis efficatia corpis ſanitatẽ ẜm illud Iacobi vltimo. (Infirmatur quis in vobis inducatur &c.) Quantum aũt ad cõem eccleſie vtilitatem ordinantur alia duo ſacr̃a. ſ. ordo & mr̃imonio. Nã per ordinem eccleſia gubernatur, & multiplicatur ſpũaliter per mr̃imoniũ vero multiplicatur corporal'r. Eſt aũt ſciendum, ꝙ in oī ſacro ſunt quatuor. ſ. materia: forma miniſter: & effectus. Materia ſacr̃i eſt res ſanctificata, & ſanctificans, ſicut aqua eſt materia baptiſmatis, & chriſma cõfirmatiõis. Forma aũt eſt verba, de qbus ſanctificantur ſacr̃a: vñ Auguſtinus. (Accedit verbũ ad elemẽtũ, & fit ſacr̃m.) Vnde res ſiue materia ſacr̃orũ, ſanctificantur, & vim viuificandi hñt per verba, que in eis ꝓferuntur. Miniſter eſt ille, qui cõfert ſacr̃m, qui dꝫ hr̃e intentionem faciendi, qđ facit ec-

cleſia. Quorũ trium, ſi aliqd deſit. i. nõ ſit debita forma verborũ, ⁊ ſi nõ ſit debita mã & ſi miniſter ſacri nõ itẽditta cõficere ſacrm nõ pficit ſacrm. Effectus aũt ſacri eſt illud qđ ſeqtur & qđ intendit p ſacrm, q effect⁹ impedit p cul pã recipiẽtis. puta ſi fict⁹ accedit, & nõ corde parato adſu ſcipiẽdũ ſacrm, talis. n. lꝫ ſacrm recipiat: effectũ tñ: ⁊ gra tiã nõ recepit ſpũſſcti. Ecõtra ãt qdã rem ſacri nõdũ rece perũt q tñ effectũ ſacri ſuſcipiunt pp deuotione qua hñt ad ſacrm qđ hñt in voto, ſiue deſiderio. Primũ igitur ſa cramentũ eſt baptiſmus: cuius materia eſt aqua vera ⁊ na turalis nõ differt aũt vtrũ ſit calida, vel frigida. In aqs aũt artificialibus, ſicut eſt aqua roſacea, ⁊ alie huiuſmo di baptizari non poteſt. Forma autem baptiſmi eſt iſta. (Ego baptizo te in nomine patris & filii & ſpirituſſancti amen.) Miniſter ãt huius ſacramẽti eſt ſacerdos pprius cui cõpetit ex officio baptizare. In articulo autẽ mortis non ſolũ diaconus: ſed etiam laycus, & mulier: & etiã pa ganus vel hereticus baptizare poteſt, dummodo inten dat facere ſm formam eccleſie, quod facit eccleſia. Effe ctũs autẽ baptiſmi eſt remiſſio culpe originalis, & actua lis: & etiam pene: vnde baptizatis adultis dũmodo ſint cõtriti, nõ eſt alia ſatiſfactio iniungenda pro peccatis p̃ teritis: ſed ſtatim moriẽtes poſt baptiſmum introducũt in paradiſum. nec tranſeunt p purgatorium, ſicut dicunt aliq fatui: vnde effectus baptiſmi ponit apitio paradiſi Secundum ſacramẽtum eſt ꝯfirmatio: cuius mã eſt chriſ ma cõfectum ex oleo & balſamo per epiſcopum benedi cto, forma aũt hec eſt. (Conſigno te ſigno crucis. & con firmo te chriſmate ſalutis.) Miniſter eſt ſolus eps. Ef fectus aũt huius ſacramenti eſt, ꝙ in eo dat ſpũſſanctus ad robur, ſicut datus fuit apoſtolis ĩ die pẽthecoſtes, vt ſcꝫ chrianus audacter ꝯfiteatur nomẽ chri. Tertium ſa cramentũ eſt euchareſtia, cuius materia eſt panis triticeus & vinũ de vite modica aqua ꝑmixtũ. De alio autem pa ne q̃ de triticeo, & de alio vino q̃ de vite non põt confici hoc ſacramẽtũ. Aqua vero ꝑmixta ſignificat pplm, qui

incorporatur chr̄o. Forma āt huius ſacri ſūt verba chr̄i dicentis. (Hoc eſt eni corpus meū.) Et: (Hic eſt eni calix ſanguinis mei: noui & eterni teſtamenti. myſterium fidei qui ꝑ vobis, & ꝑ multis effundet̃ in remiſſionē pctōrū.) Miniſter autē eſt ſacerdos: nec alius pōt cōficere corpus chr̄i. Effectus aūt eſt duplex: primus conuerſio panis in corpus chr̄i, & vini in ſanguinē, ſic ꝙ totus chriſtus cōſe cratione facta continet̃ ſub ſpēbus panis & vini, & ſub qualibet parte ēt hoſtie diuiſe: ſpēs āt ſunt tibi ſine ſubie cto. Secundus effectus eſt adunatio hoīs ad xp̄m, in ho mine ſcilicet, qui ipſum digne recepit iuxta illud. Io. vi. (Qui mādacat meam carnē, & bibit meum ſanguinē: in me manet: & ego in illo.) Quartū ſacramentū eſt peni tentia: cuius materia eſt actus penitentis, & dñr tres ptes pnie, quarum prima eſt cordis contritio: ad quā ꝑtinet: vt homo doleat de pcō commiſſo, & proponat de cetero non peccare. Secunda eſt horis confeſſio, ad quam ꝑtinet vt homo cōfiteatur oīa peccata ſua: quorum habet me⸗ moriam ſuo ſacerdoti integralr̃, non diuidēs ea diuerſis ſacerdotibus. Tertia pars eſt ſatiſfactio ſ̄m arbitrium ſacerdotis que qdem fit principalr̃ ꝑ ieiunium: & orōnē & elynā. Forma āt huius ſacramēti verba ſunt: que ꝓfret ſacerdos. ſ. (Ego te abſoluo auctoritate dei a peccatis tuis. Alia autem que conſueuerunt dici, ſicut) Miſerea⸗ tur &c. ſunt de bene eſſe, & non de eſſentia forme. Mini ſter āt huius ſacramenti eſt ſacerdos hn̄s ordinaria au⸗ thoritatē abſoluendi vel ex cōmiſſione ſupioris. Effectus heius ſacramēti eſt ablutio pctōꝝ. Quintū ſacramētū eſt extrema vnctio, cuius materia eſt oleū oliue per ep̄m bn̄ dictum. Hoc āt ſacramentū: niſi infirmo dari nō debet in periculo mortis: q debet inūgi inqnque locis ſenſuū. Forma aūt hec. eſt. Per iſtā ſanctam vncionem: & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi deus qcqd de liqſti ꝑ viſum: & ſic de aliis ſenſibus. Miniſter aūt huius ſacramēti eſt ſolus ſacerdos. Effectus autem eſt ſanatio mentis & corporis. Sextum ſacramētum eſt ordo. Sunt

autem.vii.ordines.ſ.preſbyteratus diaconatus:ſubdia-
conatus:accolitat⁹,exorciſtatus,lectoratus,& oſtiariat⁹
Iſti aũt ordines cõtinentur in his verſib⁹. v₃. Ianitor, &
lector,adiuuans:lumina portans. Subdiaconus, diaco-
nus:pſbyter hos ſeqtur.Clericatus ãt vel epatus non
ſunt ordines.Materia huius ſacri eſt illud materiale: cu-
ius traditione ordo cõfertur ſicut pſbyteratus cõfertur p
calicis traditionem & ſic de aliis.Forma ãt eſt verba il-
la que in illa traditione dicuntur :ſicut in ordine pſbite-
ratus.Dr.(Accipe ptãtem offerendi ſacrificium in eccle-
ſia p viuis & pro mortuis) & ſic in aliis. Miniſter huius
ſacri eſt eps.Effectus eſt augmentum gre vt hõ ſit ido-
neus chriſti miniſter.Iſta ſunt autem q ſcire d₃ qlibet cle
ricus videlicet legere accentuare & ſaltem grãmatice itel
ligere.Hec ãt ſcire d₃ qlibet ſacerdos:v₃ materiã & for-
mã qua cõficitur corpus chriſti.Iſta ſcire d₃ qlibett cura
tus v₃ formã & materiã baptiſmi & extreme vnctionis
& alia que ad curã ptinẽt.Iſta ſcire d₃ qlibet cõfeſſor v₃
diſcernere inter leprã & leprã.Iſta ſcire d₃ quilibet predi
cator,v₃ pponere verbuũ dei ad edificationem.Iſta ſunt
q ſcire d₃ qlib₃ eps,v₃ ſoluere difficultates veteres & no
ui teſti:aut ſecum hře ſcientẽ.Septimum ſacrm eſt ma-
trimoniũ cui⁹ materia eſt act⁹ exteriores mrimoniales.
Forma vero eſt verba vel ſigna aliq,p que matrimonia
lis cõſẽſus exprimit.Sine eni cõſenſu & verbis vel ſignis
manifeſtis matrimonialẽ cõſenſum exprimẽtibus nõ eſt
mrimonium.Miniſter aũt matrimonii ſm q eſt ſacra-
mentum rite:& licite in facie eccľie celebratum & ſolẽni
zatum & abſq transgreſſione & pcõ eſt ſacerdos ordina
rius vel ille:cui ipſe cõmiſerit.Effectus mrimonii eſt mul
tiplex.ſ.mutuum obſequm inuicẽ,& cõiugibus ipenſũ:vt
in rebus domeſticis vitã cõem habeant, & nunq inuicẽ
ſeparentur.Item gñatio & educatio plis & ſm hoc inſti
tutum eũ in offm nature in paradiſo terreſtri.Item red-
ditio & ſm hoc eſt inſtitutum in remedium poſt peccatũ
primoꝝ parentum.Et ideo iuxta hoc ad eſcuſandum
matrimonium

matrimonium a pctō: aſſignāt tria bona matrimonii.ſ. ꝓles ſuſcipienda: fides quam vnus: ꝯiugum debet alteri ſeruare, ſacramentū.ſ. indiuiſibilitas, que ſignat indiuiſibilem cōiunctionē chriſti & eccleſie. Eſt autē ſciēdum ꝙ quedam dictoꝝ ſacramentoꝝ imprimunt characterē ſcꝫ ſpūale ſignum in aīa diſtinctū a ceteris, & hmōi ſunt ſacramēta baptiſmatis, & cōfirmationis: & ordinis. Et hec ſacra nunq̄ iterantur ſuper eandem pſonam Nunq̄ enī ille, qui baptizatus eſt, debet iterum baptizari. & idē de cōfirmatis & hordinatis. Rō eſt, qa character, qui in his imprimitur, eſt indelebilis, & ideo valde cauendū eſt, ne pueri, qui in caſu neceſſitatis vel qualiter cunqꝫ baptizati ſunt in domo p vetulā vel aliam pſonā: qn̄ deportantur ad eccleſiam iterum baptizent̄. Effuſio enī ſiue aſperſio aque non eſt iteranda, nec ꝓlatio forme verborū. dū tn̄ in primo rite fuerit factum: tn̄ dꝫ bene chathetizari: ⁊ alia hmōi obſeruari. In aliis vero ſacr̄is non imprimitur character ſuſcipienti ea, & iō iterari pn̄t quantum ad pſonam ſuſcipientē, non tn̄ quantū ad mām. Pōt enim idem hō frequenter euchariſtiā ſumere: frequenter penitere ſuſcipe freqūeter extremā vnctionem & recipe & matrimonia cōtrahere non tn̄ eadem hoſtia dꝫ iteꝝ ꝯſecrari nec idem oleū infirmoꝝ benedici: Item ſciendū ꝙ q̄dam ſacr̄a ſunt de neceſſitate ſalutis: qa ſine his ſaluus eē nō pōt ſicut baptiſmus & pnīa poſt pctm̄ actuale. Quedā aūt ſunt que nō ſunt de neceſſitate ſalutis: qa ſine his ſaluus eſſe pōt, niſi forte omitterent̄ ex contemptu vel contra preceptum eccleſie. Numerus autem & ordo horum ſacramentorum in hoc verſu continentur.

Abluo: firmo, cibo: piget: vngit: & ordinat vxor.

De conſanguinitate: & affinitat, & cognatione ſpirituali & gradibus eorundem. cap. 6

Quia vero cōſanguinitas carnalis, & cognatio ſpiritualis, & affinitas mr̄imoniū impedit: dicendum eſt aliquid de iſtis tribus. Gradus cōſanguinitatis ſic breuiter pn̄t ſciri. Fratres ſunt in primo gradu: cōſanguinei

germani in ſecundo gradu. Conſanguinei ſecundi in ter
tio: conſanguinei tertii in quarto, conſanguinei quarti in
quinto: & iſto quinto gradu poteſt cõtrahi matrimoniũ
in precedentibus autem non: verum eſt: ꝙ ſolũ ſufficit de
ſcenſus ex vna parte: & verbi gratia. Iacob genuit Leui ⁊
Iudam fratres. Iudas autẽ genuit Phares, qui fuit in
ſecũdo gradu: & iſte genuit Eſron, q fuit in tertio: & iſte
genuit Ara: qui fuit in quarto, & iſte genuit Aminadab
qui fuit in quinto, & iſte potuit contrare cum quacũqꝫ
de Leui deſcendente, & ẽt cũ Dina ſorore Iude. Nullus
aũt predeceſſorũ ſuorũ poterat cõtrahere cũ aliqua de Ia
cob deſcendẽte, niſi forte illa tm̃ deſcẽdiſſet ab eo: quan-
tum deſcenderet Aminadab. Cognatio aũt ſpũalis, que
impedit mr̃imoniũ contrahendũ: & dirimit iã cõtractũ
cõtrhaitur in baptiſmo & cõfirmatione. Sunt igitur tres
ſpecies cognationis ſpũalis. Prima eſt patrinitas: que
eſt inter patrẽ vel matrẽ ſpiritualem: & filium vel filiã ſpi
ritualẽ. Secunda vocaẗ compaternitas: ſiue commaterni-
tas q̃ eſt inter pr̃em ſpũalẽ vel mr̃em ſpũalem alicuius: &
pr̃em: ſeu matrem carnalẽ eiuſdẽ. Tertia eſt fraternitas
ſpiritualis que eſt inter filium ſpiritualẽ vel filiã alicuius
& filium vel filiã carnalẽ eiuſdẽ patris vel matris: tran ſit
ergo cognatio ſpũalis a patre vel matre in filium ſeu fi-
liam ſed non ecõuerſo. Eſt aũt ſciẽdum ꝙ parentes ſpũa
les dicũtur baptizans & leuãs de ſacro fonte, cõfirmans
& tenens in cõfirmatione: ſiue talis ꝑſona ſit vir ſiue mu
lier. Cognatio aũt ſpũalis alios gradus non habet, niſi
ꝙ ſi vir pr̃ fuerit ſpiritualis tranſit in vxorem, & ecõue-
ſo. Affinitas autẽ eſt propinquitas ꝑſonarũ ex carnali co
pula ꝓueniens oĩ carens parẽtela. & hoc verũ eſt, ſiue ta
lis carnalis copula ſit ĩfra mr̃imoniũ: ſiue extra. Vnde
oẽs illi q attinẽt alicui mulieri in aliquo gradu cõſangni
nitatis: oẽs ſunt affines viri illi⁹: qui eam cognouit car
nalr̃, & cum nullo eorũ põt cõtrahere mr̃imoniũ. Itẽ oẽs
illi: q attinent alicui viro in aliquo gradu cõſanguinit
tis; oẽs ſunt affines mulieris, quã cognouit carnaliter,

cum nullo illius cõſanguinitatis iſta mulier poteſt ꝯtrahe re matrimoniũ, & hec quantum ad preſens de iſta mate ria ſufficiant qa ſingula dubia declarare. eſſet nimis lon gum, ſed recurratur ad ſummam confeſſorum.

¶ De petitionibus, & expoſitione orationis dominice. ſ. pater noſter. Cap. 7.

SEcundum Auguſtinũ ſpes explicatur per dñicam orõnẽ: oratio aũt dñica pfectiſſima eſt, qa ſm eun dem Auguſtinũ: ſi recte: & ꝯgruẽter oramus: nihil aliud dicere poſſumus: q̃ qđ in illa oratione poſitum eſt. In ea enim ſunt. vii. petitiones: vꝫ prima petitio

1 Pater noſter. q es in celis: ſanctificetur nomen tuum.
2 Adueniat regnum tuum.
3 Fiat voluntas tua: ſicut in celo, & in terra.
4 Panem noſtrũ quottidianum da nobis hodie.
5 Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimitti mus debitoribus noſtris.
6 Et ne nos inducas in tentationem,
7 Sed libera nos a malo. amen.

Sciendũ igit, ꝙ in hac orõne tria principaliter ponuntur, primo ponitur captatio beniuolentie cum dr̃ (Pater nr̃: qui es in celis:) ſecundo ponuntur. vii. petitiones cõtinẽ tes oĩa neceſſaria hoĩ qualitercũq;, cum dr̃. (Sãctificetur &c.) tertio ſubiungitur cõfirmatio: ſeu ꝯcluſio cum dici. tur. (Amen.) Primo ergo captatur beneuolentia dei ex tribus primo ex clementia quia (pater.) ſecundo ex ꝓui dẽtia quia (nr̃) tertio ex magnificẽtia qa (in celis.) Vel ſic. Captatur beneuolentia dei ex tribus: primo ex ſapie tia: vt oſtendatur ꝙ pie nouit bona dare penitentibus ſe: ideo dr̃ (pr̃) in patre eni pp antiqtatẽ denotatur ſapien tia: ſcđo ex voluntate, & amore: & iõ dr̃ (nr̃) qui eni de dit nobis filium, vt eẽt frater noſter: & redẽptor, oĩa cũ illo nobis donauit: tertio ex potentia. iõ dicit. (qui es in celis) .i. in domo tua: vbi eſt oĩum bonorum abundan tia: ſic eni oratores captãt beneuolẽtiã iudicis: commen dando eum de bonitate, ſapiẽtia, & potẽtia. Vel ſic dici

pōt. Dr̄ (pater) primo ad oñdendũ ſpecialem grām ado ꝑtionis, non iugũ ſeruitutis: ſcđo vt daret nobis fiduciā impetrandi qđ petimus. Iſaie. 49. (Nunqd obliuiſci pōt mr̄ infantē ſuum.) Dr̄ aũt (nr̄) primo vt cũ qs orat non ꝓꝑ ſe tm̄: ſed ēt pro aliis oret Iacobi quinto. (Orate pro inuicē vt ſaluemini.) ſcđo, vt eleuet̄ mens noſtra ꝙ tan- te ſummus dignitatis: ꝙ ſumus filii dei Dicitur aũt (q es in celis.) primo vt ſciamus: nos hr̄e pr̄em celeſtem, & ſic hō erubeſcat ſe terrenis ſubdere: ſcđo vt ondatur, ꝙ pōt nobis dare: qđ petitur: cum enī in celo abundet oē bonũ: ille qui eſt in celo: vt dñs: pōt nobis dare qđ petimus. Secundo ponuntur. vii. petitiones que ſic ordinantur, due ſunt partes iuſtitie. ſ. declinare a malo, & facere bonum. Primo igit̄ petimus: vt deus det nobis gratiam faciendi bonũ in quatuor primis petitionibus. Secũdo, vt det nobis gratiā vitandi malũ in aliis tribus petitionibus. Bonoꝝ aũt quedam ſpũalia ſunt, & hec petuntur in tribus primis, quedā tpalia, & hec petuntur in quarta, & patet ordo ex verbis dñi dicentis. (Primũ querite regnum dei, & iuſtitiam eius.) Bonorũ aũt aīe quedā ꝑtinent ad futuram vitā, & quantũ ad hoc eſt prima petitio: quedam ad preſentē vitam, & hec petuntur in aliis duabus. Primo ergo petitur bonũ glorie, quantũ ad aīam ꝑtinet in futuro: cum dicitur (ſanctiſicetur nomē tuũ) ideſt in nobis clarificetur, vt te videamus facie ad faciem, qđ in futuro implebitur. (Vel ſanctificetur) ideſt ſic in nobis firmetur: ꝙ non poſſimus illud amittere per peccatum, qđ erit in vita beata: vbi homo peccare nō poterit. Vt ſanctificetur nomen tuũ, quod nomē eſt pr̄, vt ſicut tu es pr̄ ꝑ creationem, ita nos ſimus filii tui ꝑ btificationē. Vt ſāctificetur nomen tuũ: qđ nomem eſt ſaluator: vt. ſ. des nobis vitam eternam: deus. n ꝯm ethymologiam literarũ dr̄ q̄ſi dans eternam vitam ſuis. Secundo petit̄ bonum ꝑſeuerantie cum dr̄. (Adueniat regnum tuũ) ideſt tu de⁹ regnes in nobis: vt ſic in bono ꝑſeueremus: & non regnet in nobis peccatũ Tertio petitur bonum gr̄e cum dicit̄.

(Fiat volũtas tua ſicut in celo & in terra) ideſt da nobis grãm: vt nos, qui habitamus in terra: ita faciamus voluntatẽ tuã. & ſic mereamur vitam eternã: ſicut ciues celeſtes eã faciunt (Vel ſicut in celo) ideſt in viris iuſtis: ita in terra. i. in pctõrib⁹: qđ fit qñ cõuertimur. (Vel ſicut ĩ celo.). i. in Chriſto: ſic in terra. i. in eccleſia militante. Poſſunt aũt he tres petitiones aliter diſtingui: ⁊ forte melius: ꝙ in prima petat̃. honor dei, & reuerẽtia cũ dr̃. (Sanctificet̃ nomen tuũ.) qđ: vt dr̃ Auguſtinus, non ſic petitur: quaſi non ſit ſanctũ: ſ; vt ſanctum habeat̃ ab hoĩbus. i. ita innoteſcat deus: vt nõ extimet̃ aliud ſanct⁹. (Sãctificetur ergo nomen tuũ) ideſt honoretur: & glorificetur a nobis iuxta illud. (Soli deo honor & gloria.) vel ſic ẜm Chriſoſtomũ: (Sanctificetur nomen tuũ). i. fac nos ita viuere: vt ꝑ oĩa te glorificemus: ſanctificare. n. idẽ eſt: ꝙ glorificare vel honorare ẜm eundẽ Chriſoſtomũ. vel ſic (Sanctificetur nomen tuũ) in nobis: vt. ſ. ſi non ſumus ſcti: fiamus. Inquantũ. n. nos ſanctificamur in chr̃o: ſic deus per nos ſanctificatur: & glorificat̃ in mentibus aliorum. vñ ſanctitas illorũ hoĩum: q ex diuina inhabitatione ſanctificantur: eſt euidẽtiſſimũ ſignũ ſanctitatis diuine. (Vnde Gregorius.) Quis tam beſtialis: qui in credentibus puram vitam conſpiciens: non glorificet nomen in tali vita inuocatũ? ideo aũt hec petitio prima ponit̃, quia ẜm Chriſoſtomũ tunc digna eſt deprecantis or̃o: dũ nihil an pr̃is gloriã queritur: ſed oĩa laudi eius poſt ponũtur, In ſcđa aũt petitur bonũ gl̃ie, cũ dr̃. (Adueniat regnum tuũ:) vt. ſ. ſimus participes regni celeſtis. Vel (Adueniat regnũ tuũ) ideſt petimus regnum tuũ a te promiſſum: & chriſti ſanguine acquiſitum dari nobis. Vel (Adueniat regnũ tuum.) vt. ſ. in regno tuo te regnantem videamus. In tertia aũt petitione petit̃ bonũ gr̃e & meriti qđ eſt neceſſariũ ad veniendum ad regnũ cum dr̃. (Fiat voluntas tua.) ad regnum enim nemo põt peruenire niſi volũtati dei cõſentiat, & ei ſe cõformet: quod h; ꝑ adimpletionẽ mandatorum, & per bona opa, per que habet̃

grātia & cõſeruatur. (Sicut in celo & in terra) expone ſi- cut ſupra. (Vel ſicut in celo.) ideſt ĩ anima viri celeſtis. (Sic in terra.) ideſt in carne terrena vt caro conſentiat ſpiritui. Notandum vero: ꝙ ex modo loquēdi datur no bis doctrina: ꝙ ad vitam eternam habendam ſunt duo neceſſaria. ſ. gr̃a dei: & voluntas hoĩs: q̃a ſʒ deus hoĩem creauerit ſine eo, non tñ eum iuſtificat ſine eo: vt dicit Au guſtinus. Ideo igiť nõ dixit, fac voluntatē tuã. ne videre tur: ꝙ nihil facere conat⁹ noſter: nec faciamus, ne vide- retur: ꝙ nihil faceret gr̃a de dei, ſed dicit (fiat) per gr̃a. ſ. dei adhibito tñ ſtudio: & conatu noſtro. Et eadem rõ eſt de hoc: qđ dicitur impſonaliter. (Sãctificeť nomē tuum adueniat regnũ tuũ.) nõ ergo eſt p̃ſumēdũ de ſeipſo, ſed cõfitendũ de gr̃a dei: nec totaľr negligendum bonũ, ſed ſtudium adhibendũ. Quarto petimus bonũ tpale: qđ facit ad ſuſtentationē corpis: & inſtrumentaľr ad haben dã gliã cũ dr̃. (Panē nr̃m quottidianũ da nobis hodie) per panē ãt oĩa neceſſaria ad victum corpalē ĩtelliguñť: Dicit aũt (panē) cõtra dĩicatos, q non ſunt cõtenti cibo cõi ſɱ cõditionē ſui ſtatus. Dicit (nr̃m) nõ alienũ cõtra auaros, & contra illos, qui de rapina & furto vel vſura comedunt. & viuunt. Dicit aũt (quottidianũ) cõtra gulo ſos, qui non ſolum panē quottidianũ: ſed multorũ dierũ comedunt. Dicit (da) cõtra illos, qui ex ſupbia ſua nõ re putant ſe hr̃e bona ex gratia dei: ſed ex labore vel indu ſtria ſua. Dicit (nobis) contra inuidos q nollent, ꝙ alii haberent bona tpalia: ſed ꝙ eſſent indigentes: debemus enĩ pro aliis optare bona. Dicit (hodie) cõtra nimis ſol licitos, vt doceamur de craſtino non eſſe ſolliciti. Poteſt ēt ĩtelligi hoc de pane ſacr̃ali, cuius quottidianus vſus valde proficit hoĩ: ſicut. n. panis corporalis eſt precipuus cibus, ſic & euchariſtia p̃cipuum ſacr̃m, vt dicit Augu- ſtinus: vndē & in euãgelio Mathei ſcriptũ eſt (ſuper ſub ſtantialē). i. p̃cipuũ vt Hierony. exponit: & vt ipſe Chr̃s dicit. (Ego ſum panis viuus &c.) Poteſt adhuc intelli- gi de pane ſcripture ſɱ Auguſtinum: vt accipiamus pa

nem quotidianum,diuina pcepta que op; quottidie me ditari,& operari,ſic ergo ſm diuerſos hic petitur panis nature,& euchariſtie, & ſcripture. Poſtea docet nos pe tere Chriſtus ea:que pertinent ad alteram partem iuſti tie que.ſ.eſt a declinare a malo. Eſt aũt triplex malum.ſ. pſens,pteritum & futuꝝ vel ilud triplex malum eſt cul pa:ſeu peccatum pugna,ſeu tentatio & pena & amotio iſtius triplicis mali petitur hic. Per hoc autẽ,ꝙ petimus a nobis amoueri malum culpe, oñdimus,ꝙ ſumus pec catores:& immundi,ꝑ malum aũt tentationis indicamꝰ ꝙ ſumus infirmi nõ valẽtes ꝑ nos reſiſtere,ꝑ malum ve ro pene innuimus ꝙ ſumꝰ miſeri. Deus aũt eſt clemens: & miſericors ad dimitendã culpã,potẽs ad auxiliandũ in pugna & tentatione,& copioſus ad beatificandum cõ tra penas,quas patimur. Quinto ergo petimus malum ideſt pctm̃ culpe remoueri a nobis cũ dicitur. (Dimitte nobis debita noſtra,ſicut & non dimittimus debitoribꝰ noſtris.) (Dimite nobis debita noſtra) i.peccã nr̃a pp que ſimus debitores: nam qui offendit aliqẽ,eius debi tor efficitur. Põt autẽ intelligit de tribus debitis ſiue of fenſis que petimus nobis dimitti,nã peccauimus in deũ in ꝓximum & in noſipſos. Primo aũt hic manifeſtamus cũpã cum dicimus. (Debita nr̃a:) ſignanter autem dicit noſtra,qa culpa nõ eſt a deo auctore,ſed a voluntate non ſtra praua,. Scd̃o poſtulamus miſericordiã cum dr̃. (Di mitte nobis debita noſtra.) Tertio obligamus nos ad alioꝝ indulgentiã,cum dicimus. (Sicut & nos dimitti mus debitoribus noſtris) qui nos .ſ.offenderunt: & no bis ſatiſfacere debent. Sed nunquid orat cõtra ſe,qui nõ vlt dimittere,& dr̃ (Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribꝰ noſtris:) Dicendũ,ꝙ non qa hec oratio dr̃ in perſona eccleſie, Et idem dicẽdum de illo,qui nullum hꝫ pctm̃,ſecus aũtem eſt ſi,dicatur in pro pria pſona,qa tunc videt̃ mentiri Auguſtinus. (Cũ qua ſpe orat,q cõtra alterũ inimicitias ſeruat.) Sicut.n. ipſe orans mentitur:& dicit remitto,& non remittit,ſic &

a deo petit indulgentiã:& nõ ille ingulgetur. Vel põt di ci:q̃ ẽt dicendo in ꝓpria pſona non peccat.qa non dicit Ilud quantum ad id:qđ agit,ſed quantũ ad illud:ad qđ optat ꝑuenire. Sciendũ aũt:ꝙ dimittere offenſam nõ pe tenti ex affectu & ex corde neceſſitatis eſt dimittere autẽ effectu.ſ.oñdere ſigna familiaritatis:perfectionis eſt:di⸗ mittere aũt petenti affectu & effecu:neceſſitatis eſt:& de his habes in tertio ſententiaꝵ diſtin.xxx. Sexto petim⁹ amoueri malũ future tentationis cũ dr̃.(Et ne nos indu cas in tentationẽ).i.ne nos a tẽtatione vinci ꝑmittas: nõ enĩ oremus:aũt nõ tentemur:ſed ne in tẽtationẽ induca⸗ mur. Tentari enĩ eſt vtilitas victorie,qa ꝓuenit inde bo⸗ num:nã ſꝫm Aguſtinũ ſine tentacione nemo põt eſſe ꝓ⸗ batus.vnde tẽtari humanũ eſt:ſed cõſentire eſt diaboli⸗ cum. Sed nunqđ deus inducit in malũ vt oremus.(Ne nos inducas in tentationẽ:)Dicendum:ꝙ de⁹ dicit̃ in⸗ ducere in malum permitendo,in quantũ propter pecca⸗ ta noſtra ſubtrahit gratiam ſuã:& ſic homo labit̃ in pec⸗ catum, Septimo petim⁹a nobis amoueri malum preſen⸗ tis pene:cum. dicitur. (Sed libera nos a malo.) Sicut enim dicit Aguſtinus: orandum eſt non ſolum: vt non inducamur in malum:quo carem⁹:quod factum eſt in preſenti petitione:ſed etiam:vt liberemur ab illo:in quo iam ſumus inducti. Item q̃uis aliquis ſit liberatus a cul⸗ pa:pro qua oramus ibi. (Dimitte nobis &c.) poteſt tñ remanere reatus & pena temporalis debita propter cul⸗ pam:& ideo ſubditur. Sed libera nos a malo: quod.ſ. debetur nobis non ſolum pro pctõ noſtro perſonali: ſed etiam pro peccato originali:vt fames nimia:paupertas turpis: infirmitas: ignorantia anime, grauitas corporis & huiuſmodi. Vel põt dici:ꝙ hec petitio eſt generalis con tra omne malũ culpe & pene:qđ eſt tam infermi:q̃ pur⸗ gatorii:q̃ hui⁹ mundi. Tertio & vltimo ponitur cõclu⸗ ſio:iu qua optamus cõfirmari omnia predicta:cum dici tur Amen.quaſi dicat:iat fiat:ſicut petimus.

¶ De expoſicione ſaluationis angelice : ſcilicet : aue

SAluatio angelica.ſ.aue Maria: cõtinet tres pertres vnā partem fecit angelus.ſ.(Aue maria &c.) vſq; in mulieribus: aliam partem fecit Heliſabet.ſ.(Benedictus fruc⁹ vētris tui.) tertiam ptē addidit eccleſia.ſ.(maria:) qa angelus nō dixit.(Aue maria:) ſed (Aue gratia plena:) Et in fine ēt addidit eccleſia.(Sancta maria mater dei, ora pro nobis pctōrib⁹, amen. Circa primam partem eſt ſciendū: ꝙ antiquis hoies faciebāt magnam reuerentiā angelis eis apparentib⁹: ſicut patet de Abrahā in Geneſi. Q đ aūt angelus fecerit reuerentiā hoi nunq̄ fuit auditū: niſi qñ ſalutauit virginem glorioſam dicēdo (Aue) Rō āt quare angelus non reuerebatur hominem: ſed hō angelum eſt qa angelus erat maior hoīe quantū ad tria. Primo quantū ad plenitudinem gratie: qa angeli pticipant lumen gratie dei in ſumma plenitudine: ſed hoies & ſi aliquid pticipēt de ipſo lumine gratie dei: parum tñ, & in quedam obſcuritade. Secundo quantū ad familiaritatem ad deū: nā angelus eſt familiaris deo: vt pote deo aſſiſtens, hō vero eſt quaſi extraneus, & elōgat⁹ a deo per pcm̄. Tertio quantū ad dignitatē ꝯdicionis: nā angelus eſt nature incoruptibilis: hō vero nature corruptibilis. Non ergo erat decens: vt angelus hoī reuerentiam exhiberet, quoſq; aliqs inueniretur in natura humana, qui in his trib⁹ excedere angelos, & hec fuit beatiſſima virgo maria, ipſa enim excedit angelos in trib⁹. Primo in plenitudine gracia, que maior fuit in btā virgine q̄ in aliquo & ideo merito dr̄ exaltata ſuper choros angelorum, quare dixit ei angelus.(Gratia plena.) Secundo in familiaritade dei, ipſa enim fuit mater dei, & deus eius filius, qui tñ dicitur dñs angeloꝶ, & ideo dixt ei angelus.(Dñs tecum.) Tertio in dignitate condicionis excedit angelos, vel ſaltem eſt eis equalis: ipſa enim fuit puriſſima, & digniſſima, quia abſq; oī culpa actuali, ⁊ abſq; pena maledicionis debita hominibus pp peccatū. Vbi ſciendum: ꝙ due maledictiones date ſunt hoibus ꝑpter

peccatum. Prima data eſt mulieri. ſ. ꝙ incorruptione con
ciperet & cū grauamine portaret: & ī dolore pareret: ſed
ab his imunis fuit beatā virgo Maria: qa ſine coruptio/
ne cōcepit in ſolatio portauit: & cū gaudio pepit ſaluato
rē. Secunda fuit cōis viris & mulieribus: vt. ſ. in pulue/
rē reuerterentur: & ab hac fuit imunis btā virgo: qa cre/
dimus: ꝙ poſt mortē cito reſuſcitata fuit: & cū corpe in
celū portata, & ſic imunis fuit ab oī maledicione vñ &
ipſa maledicionē abſtulit: & bñditionē portauit, & ideo
dixit ei angelus. (Bñdicta tu in mulierib⁹.) merito igiť
reuerentiā exhibet: & eā ſalutat angelus: eo ꝙ ipſa ange
los in iſtis trib⁹ excedit. Circa ſecundā ptem ſciendū: ꝙ
Eua in fructu ſuo q̄ſiuit primo aſſimillari deo. (Eritis ſi
cut dii) dixit diabolus: & mētitus eſt: qa pp eſum illius
fructus nō fuit deo ſilis: ſed magis diſſimilis: ſed hoc in
uenit btā virgo, & oēs chriani in fructu vētris ſui: qa per
chrm cōiungimur & aſſimilamur deo. Scdo Eua in iſto
fructu queſiuit declarationē, ſed nō iuenit, qa ſtatim ſen
ſit pene amaritudinē & inde habuit dolorē, ſed in fructu
beate virginis ſuauitatē inuenimus. Sicut ergo fructus,
quē Eua comedit, fuit maledictus, & maledictionē attu
lit, ſic p oppoſitū fructus quem btā virgo mundo edidit:
fuit benedictus: & bñdicionē attulit: & iō cantat eccleſia
(Ex te ortus eſt ſol iuſticie) Chriſtus de⁹ nr̄, qui ſoluens
maledictionē dedit benedictionē, bene igitur dixit Heli/
ſabet. (Bñdictus fructus vētris tui) Circa tertiam par
tem eſt ſciendū, ꝙ maria interpetratur iluminatrix ſtel/
la maris: & dña que oia beate virgini ꝑprie conueniunt:
ipſa eni illuminat totū mundū: & ideo cōparatur ſoli &
lune. Dirigit etiā ſicut ſtella maris deuotos nauigantes
in mari hui⁹ mundi ad portum ſalutis. Eſt etiā dña no/
ſtra ſi eni eſt mater dñi, & dña angeloꝝ, multo fortius eſt
dña chrānoꝝ: ergo ꝑprie dr̄ nomen virginis Maria Luce
primo: Quia ergo indignem⁹ illuminari, dirigi, ⁊ guber
nari, ideo eius que [illegible] iſta facere patrocinium implo/
rema is concludendes. (Sancta maria mater dei ora pro

nobis peccatoribus amen. Ora pro nobis, quia mulier ſancta es: vt dicitur Iudith octauo.

¶ De preceptis decalogi numero & ordine eorum. cap. 14.

CHaritas explicatur per precepta ſm beatum Auguſtinum in enchyridion dupliciter: ſcilicet immediate & mediate: & immediate quidē per illa duo q̄ ponuntur in euangelio Math. xxii. Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo: & ex tota anima tua, ⁊ ex tota mēte tua, quod eſt primum preceptum. Secundum autē preceptum eſt ſicut ibi ſequitur. (Diliges proximū tuū ſicut teipſum.) vnde hec duo precepta dicuntur precepta charitatis ad que ēt alia decem: de quibus dicitur, reducuntur & in eis includuntur, quia prima tria cōtinentur ſub precepto de dilectione dei: alia autem ſeptem continentur ſub precepto de dilectione proximi: vt de ſe patet, & ideo dixit Chriſtus vbi ſupra. (In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & prophete. mediate autē charitas expliclatur in preceptis decalogi. Dicitur aūt decalogus a deca: quod eſt decem: & logos, quod eſt ſermo: quaſi decem moralium preceptorū ſermo: vnde ipſa precepta moralia dicuntur, qa in ipſis in ſumma oēs virtutes p̄cipiuntur, & oīa prohibentur implicite vel explicite. In his autem conſiſtit hoīs perfectio, & iuſtitia: ſcilicet declinare a malo: & facere bonum p̄s. (Delina a malo, & fac bonum.) primum ergo preceptū eſt. (Non habebis deos alienos coram me. in quo precepto omnis ydolatria ſpāliter prohibetur: vn̄ ibidem ſupdit exodi. xx. vbi ponuntur hec precepta. (Non facies tibi ſculptile) .i. ydolum: neq3 oēm ſimilitudinem que eſt in celo deſuper: neq3 deorſum in terra, neq; eorū que ſunt in aqs.) Hoc eſt non facies tibi pro deo ſimilitudinē ſolis & lune: neque hominis: neq3 iumenti, & huiuſmodi que colebat populus ex errore: vnde ſequitur: (Non adorabis ea: neq3 coles.) Secundum preceptū eſt. (Non aſſumens nomen dei tui in vanū) .i. neq3 falſe: neq3 ſuperflue neq3 doloſe iurabis per nomen dn̄i dei tui, nec honorē eius, quā

tum in te eſt: euaneſcere facies: de eo praue ſentiendo. Ille.n.nomen dei in vanũ accipit: qui iurat per eũ ad cõfirmationẽ ſeu aſſertionem falſi vel qñ iurat ſine neceſſitate aut vtilitate vel qñ iurat ꝯtra iuſtitie equitatẽ: aut cõtra ordinem charitatis: aut in nocumẽtũ ſui vel ꝓximi. Tertium preceptum eſt. (Memento vt diem ſabbati ſanctifices).i.ſctm̃ & feriatum habeas ab operibus: vnde ibidẽ ſubditur. (Sex diebus operaberis: ⁊ facies opa tua: ſeptimo aũt die erit ſabbatũ, & nõ facies in eo omne opus.) Sicut enim deum corde debemus colere: qđ precipitur in primo p̃cepto, & ore venerari: qđ p̃cipit̃ in ſcđo: ſic quoq; debemus ſibi opere ſeruire: qđ p̃cipitur in tertio. Hoc.n. eſt ſabbatum ſpũaliter ſanctificare: ceſſare ab opere ſeruili maxime peccati: & ſancta opera in eo facere: ſanctiſq; vacare elemoſynis: & aliis operibus pietatis intendere: ad eccleſiã cõuenire, vbi diuina myſteria celebrantur: ſacrificia offeruntur: verba dei recitantur: diuina beneficia commemorantur: & laudes deo redduntur, orationeſq; fiunt deuotius, & a deo facilius exaudiũtur: in hoc aũt precepto intelligitur obſeruatio aliquoꝝ feſtorũ. Quartum p̃ceptum eſt. (Honora pattrẽ tuũ & matrẽ, tuã,) duplici honore: ſcilicet venerãdo: & neceſſaria miniſtrãdo. Huic aũt precepto ſolum adiungitur ꝓmiſſio: cum ſubditur. (Vt ſis longeus ſup terram (cuius rõ eſt: ne.ſ.credatur p̃mium non deberi honorantibus parentes: cum hoc videatur eſſe debitũ naturale. Quintũ eſt. (Nõ occides) ſc; hoies iniuſte, & ꝓpria voluntate, nec manu violenta inferendo nocumentũ nec mente nec cõſenſu nec etiã ſutrahendo auxiliũ vite illi: cui potes: & debes dare In iſto ſiquidẽ p̃cepto ꝓhibetur homicidium fieri ꝓpria auctoritate: quia auctoritate legis licitũ eſt iudici reo iſligere penam mortis: & tunc iudex nõ occidit: ſed lex: & ideo pp tranſgreſſores poſita eſt lex. Sextum p̃ceptum eſt. (Non mechaberis.i.) non commiſcearis carnal̃r alicui excepto federe mr̃imonii: in iſto p̃cepto ꝓhibetur adulteriũ: nec non & ois carnalis cõmixtio p̃ter illam que eſt in matri

monio. Septimum preceptũ eſt: (Non furtum facies.) In
iſto aũt ꝑcepto ꝓhibetur oĩs rapina: & oĩs indebita ſub
tractio rei aliene aut detẽtio inuito dño. Q đ ꝯtingit fie
ri vel occulte accipiendo, & tunc eſt furtũ aut manifeſte,
& violenter acciendo, & tunc eſt rapina: aut mercedem
mercẽnario, & debitũ creditori negando & nõ reddẽdo,
& hec eſt iniuria, aut in mercationibus fraudẽ ⁊ dolũ ſciẽ
ter cõmittendo: qđ eſt iniuſtitia, aut de muto impẽſo vl
tra ſortẽ aliquid recipiendo, qđ eſt vſura. Octauum pre-
ceptum eſt. Non loqueris contra ꝓximum tuum falſum
teſtimoniũ, inquo ꝑcepto ꝓhibetur, ne hõ iniuriet̃ ꝓxi-
mo ore vel qualiter cunq̃, hoc aũt cõtingit vel in iudicio
vel extra iudicium. In iudicio de falſo proximum accu-
ſando vel falſum contra ipſum teſtificãdo vel ꝯtra inno
centẽ falſam ſniam ꝓferendo. Extra iudicium faciũt cõ
tra illud preceptũ detractores diffamatores: diſcordiaꝝ
ſeminatores. In iſto ẽt precepto ꝓhibet dñs mendaciuu
ẽt ſi eſſet ad vtilitatẽ alicuius. Nonũ preceptum eſt. (Nõ
cõcupiſces rẽ ꝓximi tui, non ſeruũ non ancillã, non bo-
uem, non aſinũ, nec oĩa que illius ſunt.) quaſi dicat, non
ſolũ non auferes rem ꝓximi ſed nec ẽt indebite concupi
ſces. Lex ãt humana tm̃ iudicat de factis & dictis: lex ãt
diuina nõ ſolum de iſtis ſed ẽt de cogitationibus: qa ꝓ-
hibet manũ a nocumento, & aiam ſeu voluntãtẽ a nocen
do In iſto aũt ꝑcepto ꝓibet̃ cõcupiſcentia ocuulorum re
ſpectu rei aliene tam mobilis q̃ immobilis. Decimum
preceptũ eſt. (Non deſiderabis vxorem ꝓximi tui.) In
iſto ꝑcepto ꝓhibet̃ cõcupiſcentia carnis, & actus interior
cõcupiſcendi ſeu delectandi interius in corde. Et ita non
idẽ eſt preceptũ cum ſexto ſuperius poſita, immo diuer-
ſum: quia ibi prohibetur actus exterior, hic interior. Rõ
autẽ quare potius ꝓhi bitio cõcupiſcẽtie furti & mechie
ponitur ſub precepto quã concupiſcẽtia homicidii: & mẽ
dacii, & falſi iſta eſt, quia ap concupiſcentiam furti ⁊ me
chie hõ amplius ꝓnus eſt, eo ꝙ de ſe hñt rõnem vtilis:
& delectabilis, cõcupiſcẽtia autẽ homicidii: & falſi de ſe

horribilis eſt, nec h3 aliquam rõnē boni: & ideo fuit ꝓ/hibendā cõcupiſcentia furti & adulterii preceptis ſpãli/bus, non aũt cõcupiſcentia homicidii vel falſi. Sciendũ eſt autē: ꝙ duo ponuntur precepta nature primũ eſt, vt homo faciat alteri qđ vellet ſibi fieri: Matthei. vii. ſecundum vt non facias alteri, qđ non vis tibi fieri, & habetur Thobie quarto. Horũ ergo preceptorũ numerus: ⁊ ordo ſic accipitur: hec eni precepta data fuerunt a deo pplo ſi dei in duabus tabulis: in prima ſiquidem tabula ſcripta erant tria prima ꝑcepta due ordināt hoīem ad deũ: tria eni debet oīs homo dño ſuo. primũ eſt fidelitas, & quantum ad hoc datur primum ꝑceptũ, (Non habetis deos alienos corā me.) ſecundũ: qđ debet hõ dño ſuo eſt reuerentia, & quantũ ad hoc datur ſm preceptũ. (Non aſſu/mes nomen dei tui in vanũ) Tertiũ, ꝙ debet homo dño ſuo eſt famulatus, & quantũ ad hoc datur tertium preceptum. (Memento, vt diem ſabbati ſanctifices.) In ſe/cunda vero tabula ſcripta erant alia. vii. ꝑcepta: que hominē ordināt a ꝓximũ: homo eni ordinaī ad aliquos dupl'r. Vno qdem modo ſpãl'r quantũ ad illos quorum debito eſt: vt eis debitũ reddaī, & quãtũ ad hoc eſt quartũ preceptũ: honora pr̃em tuũ & mr̃em tuã (hõ eni a parentibus h3 tria. ſ. eſſe: nutrimētũ, & diſciplinã. Alio modo ordinatur hõ ad alios general'r quantum ad oēs: vt nulli nocumētum inferat: nec ope nec ore nec corde. Ope quidē nec quantũ ad ꝑſonam ſeu ꝑſone conſiſtentiã & quantum ad hoc ponitur qntũ ꝑceptum. Nõ occides.) Nec quantum ad ꝑſonã cõiunctã, & quantũ ad hoc ponitur ſextum preceptum. (Non mechaberis.) Nec quantũ ad rem poſſeſſam, & quantum ad hoc poniī ſeptimum ꝑceptũ. Nõ furtũ facies. Ore qdem non eſt ꝓximo no/cumentũ inferendum, & quantum ad hoc eſt octauum ꝑceptum. (Nõ loqueris cõtra proximum tuum falſum teſtimonium. Corde vero dupl'r infertur nocumētũ, quã/tum ad duplicē concupiſcentiam q̃ a corde ꝓcedit. Pri/mo qdam quãtum ad cõcupiſcentiã rei aliene: & quantũ

ad hoc eſt nonum preceptũ.(Non deſiderabis rem proximi tui.) Alio modo quãtum ad concupiſcentiam carnis: & quantum ad hoc ponitur decimum preceptum. (Non deſiderabis vxorem proximi tui.) Hec autem precepta in his verſibus continentur.

¶ Vnum cole deum, nec iures vana per ipſum.
Sabbata ſanctifices: habeas in honore parentes.
Non ſis occiſor. fur: mechus, teſtis iniquus.
Alterius ſponſam, nec rem cupies alienam.

¶ Item alii verſus de.x.p̃ceptis, in qbus cõtinent̃ pctã que cõmitti poſſunt contra ſingula precepta.

¶ Contra primum preceptum.

¶ Qui collit extra deũ vel ſanctos quodcũq; creatum
Articulos fidei negans. ſi ſpemq; reliquit.
Voti tranſgreſſor vel qui mortalia vouit,
Et tardans nimium nolens implere promiſſum.
Fine malo vouens: ac per ſe vota refringens.
Incantans: faciens fieri breuia, & malefactor.
Inueniensq; docens: adiſcens, medius extans.
Orans: obſeruat, qui ſomnia, ſortibus vtens.
Blaſphemanſq; deum, qui murmurat, ac maledicit.
Vel non poſſe refert: ſed deſpicit: aſpicit ipſe.
Cibans vt faciat, mala prauus preterit iſte.
Vnum cole deum, ſi ſcit mortaliter egit:

¶ Contra ſecundum preceptum.

¶ Qui cantans, fabulans: trufans vel turpia dicens.
Deſpiciendo deum nominat: ſancto s, ſacra ſerpernens.
Iud icio iurans, mendax, inductor ad illud.
Periur ans: dubium iurans, mortalia iurans.
P erq; crucem, fidem, animamq;, deumq;
Si audire hec dicens, mendaciter: atq; iocoſe.
Et per membra dei ſanctorum euangeliorum:
Inducens falſum iurantem, quiſq; ſcienter.
Aduert ens, frangit, ne iures vana per ipſum.

¶ Contra tertium preceptum.

¶ Qui non confeſſus, dimittens, & ſacramentum.

In feſtis miſſam,ſine cauſa ductor ad illud,
Qui manuale facit,vndens emit,at non edenda.
Ieiunium frangit:qui tertia comedit hora.
Qui facit in feſto mala: prauus grauior extat.
Aſſumes chriſma:ſacramentum vel mulierem.
Si peccator erat mortali fune ligatus.
Eccleſie vetito,qui contrahit tempore ſacro
Chorizans:ludens:veneri mortaliter egit.
Sabbata ſanctifices violat reus:atqꝫ ſuperbus.

¶ Contra quartum preceptum.

¶ Qui precepta dei contemnit,atqꝫ ſtatuta.
Vel qui noluerit parere parentibus:atqꝫ
Alere,ſi poſſit extremos eſt obligatus.
Irridenſqꝫ patrem vel mātrem vel maledicens.
Verberans,opropriaus,blaſphemās:aſpere turbās.
Moritur aſpernens:habeas in honore parentes.

¶ Contra quintum preceptum.

¶ Occiſor corde:verbo:factoqꝫ ſuaſor.
Incitans,& cauſans,cupienſqꝫ procurat aborſum.
Verberat,& mandans:facienſue torneamenta.
Si iudex ceperit ex ſacro limite prauum.
Sacrilegus factus,ac ludens vel mutilator.
Non ſis occiſor:frangens mortaliter egit.

¶ Contra ſextum preceptum.

¶ Siquis furatur,rapiens,participanſqꝫ.
Iuſſio,conſiliū,conſenſus,palmo recurſus.
Participans:mutus,non obſtans:non manifeſtans.
Reddere cuncta debet:ſi cauſa prima fuiſſet.
Excipitur mutus:non obſtans:nec manifeſtans.
Reddere neqꝫ debent,qui ni ſint officiales.
Atqꝫ non in cauſa:primus pro parte tenetur.
Fortune luſor cupiens ſpoliare ſodalem.
Ac fraudans ludum:retinens inductor ad illum.
Hic dare perdenti cenſebitur:alter e genis.
Et fraudans iuxta pedagia,ſicqꝫ gabellas.
Ledens menſuras,monetas,ſic malus extat,

¶ Contra

¶ Contra ſeptimum preceptum.

¶ Quiſquis non nuptus miſcebitur: ac poluetur.
Per ſe molis erit; ſi nuptus fiet adulter.
Atq; ſolutus: fornicator: extra ſodomita.
Inceſtumq; parens facit: & cum virgine ſtuprum.
Cumq; moniali ſcelus extat: ſacrilegusq;.
Exigigit in ſacro: qui ſemine poluit illud.
Et rapiens raptor: cum brutis beſtia fiet.
Qui clam contraxit vel ſponſam preuenit actu.
Spondens contrahere mendax: vt miſceat illi.
Et qui contratrix maiori fune ligatus.
Quinq; modis peccat: vxore maritus abutens
Actibus elicitis: ſemen cum ſeminat extra.
Vas: operans: prolem deuitans: ſemen emittens.
Exercens aliam cupit: arcens firme petentem.
Inuitans: tangens: indutor: medius extans.
Lubrica verba refert: iactans ſe mechus habetur.

¶ Contra octauum preceptum.

¶ Qui mendax fuerit in damnum proximitatis.
Vel mala qui dicit: bona narrans vel bona parua.
Accuſans vel hoc iurans: teſtis iniquus.
Accuſans ceteros: odioſus: & vt mala ſumant:
Detractor odio: mendaxq; relator occulti.
Vel diffamator dicens: & manifeſta.
Cedula ſi fiat detractrix: cautio ledens.
Atq; ſecreta, ratumq; ſigillo vel litera clauſa.
Proditor: & laudans: inducens ad ſupradicta.
Illa reportari gaudens eſt teſtis iniquus.

Contra nonum preceptum.

¶ Qui cupit alterius ſponſam noſcatur adulter.
Vel qui deſiderat affines vel moniales.
Inceſtum ſcelus. ſacrilegusq; cum virgine ſtuprum.
Et cupiens fornicator fit: ſitq; ſolutus.
Et cupieus marem. ſodomitaq; beſtia bruta.
Ac quotiens cupit vel ſi fuit & phylocopatus.
Qui delectatur cogitando lubrica vel qui.

Se ſomno polluit cauſas vel poſtea gaudens.
Ornans vt ametur vel amariq; gloriatur.
Abq; viro proprio, cui hoc facit, vt ſic ametur.
Vel ſi perpendat ruinam vel prouocando.
Alterius ſponſam cupiens, moritur lubricando.

¶ Contra decimum preceptum.

¶ Qui cupit alterius rem in damnũ proximitatis.
Si per vim raptor, per occultum fur malus extat.
Si per auaritiam cupiat dicetur auarus.
In rapiendo male fallere quiſq; paratus.
Hec cupiens ꝯtra mandata cetera frangit.
Decimun mandatum, nec rem cupias alienam.

¶ De preceptis eccleſie. Cap. 10.

POſt precepta diuine legis ſubſequenter dicendum eſt de p̃ceptis legis canonice, ſiue eccleſie, q̲ ſunt. x. Primum eſt de ieiuniis obſeruãdis. Secundum de feſtis collendis. Tertium de miſſis audiendis. Quartũ de decimis ſoluendis. Quintũ de cõfeſſione ſaltem ſemel in ãno faciẽda, poſtq; qs ad ãnos diſcretionis p̲uenerit. Sextum de cõione in paſcha. Septimum de nõ comedendo carnes ceteris dieb⁹. Octauum, ꝙ diebus ieiuniorum abſtineatur a q̃busdam cibariis. Nonum de tp̃e: quo nuptie interdicuntur. Decimũ, ꝙ debitũ cõiugale non exigatur ceteris diebus, ⁊ tp̃ib⁹. Hi ſunt dies ieiunioꝝ. v;. totaquadrageſima preter dies dñicos. quatuor tempora anni, videlicet. vernale ſcilicet in quarta, & ſexta feriis: & ſabbato poſt primã dominicam quadrageſime, eſtiuale in eiſdem diebus poſt feſtum penthecoſtes: autũale in eiſdem diebus poſt feſtum ſancte crucis de ſeptembri, hyemale eiſdẽ diebus poſt feſtũ ſancte Lucie, vnde verſus. Dat crux Lucia, ciniſq; & chariſmata dia. Vt ſit in angaria quarta ſequens feria. Vigilia natalis dñi, pẽthecoſtes natiuitatis ſcti Ioannis baptiſte, ſci Laurentii, aſſumptionis btẽ Marie ſp virginis: oĩum ſantorum, vigilie oĩum apl'oꝝ: p̃terq; ſcti Ioãnis euãgeliſte: & ſanctorum Philippi & Iacobi. Secũdũ preceptum eſt de feſtis col-

233

lendis:hi aũt ſunt dies feſti collendi natiuitatis dñi ſan
cti Stephani ſci Ioãnis euangeliſte ſcoꝝ Innocentũ ſcti
Silueſtri:circuncisionis dñi: Epiphanie paſche cũ duo-
bus diebus ſequentibus: Aſcenſionis dñi: Penthecoſtes
cũ duobus diebus ſequentibus:ſolẽnitatis corpis chriſti
natiuitatis:annunciationis: aſſumtionis & purificatio
nis btẽ Marie verginis:natiuitatis ſcti Ioannis baptiſte
duodecim apoſtolorum ſancti Laurentii: dedicationis
ſcti Michaelis: ſolennitatis oium ſanctorũ:ſancti Mar-
tini:iuẽtionis ſancte crucis:dies dñici feſtiuitates: quas
ſinguli epi in ſuis epatibus laudauere. Tertium prece-
ptũ eſt de miſſis audiẽdis:audiende ſunt ãt miſſe oibus
diebus dñicis & feſtis ſolennibus ab eccleſia inſtitutis.
Quartum preceptum eſt de decimis ſoluẽdis: Circa qđ
ſciendum ꝑ due ſunt ſpẽs decimaꝝ, quedam enim ſunt
pſonales:quedam vero prediales. Perſonales ſunt: que
proueniunt ex negociatione artificio ſeu ſcientia militia:
aut venatione: & hmõi. Prediales vero ſunt: que proue
niunt ex prediis:prediales decime dande ſunt ſtatim ꝙ
fructus pcipiuntur:pſonales autẽ poſſunt dari vſq; ad
finẽ ãni. Ad ſolutionem aũt decimarũ hoies tenent par
tim ex iure naturali:quia naturale eſt: vt hi qui diuino
cultui ſunt mancipati, & populo ſpiritualia miniſtrant:
ab eodem neceſſaria recipiant:partim ex de terminatio
ne eccleſie que ita decreuit: vt qlibet decimã partem bono
rum ſuorũ iuſte acquiſitorũ dei miniſtris tribuat. Vñ deci
me prediales dande ſunt eccleſie: vbi ſitum eſt ꝑdiũ: per
ſonales vero epo: vel eccleſie. a qbus pficiunt ſacramen
ta. Dande ſunt autem decime de melioribus vel ſaltem
mediocribus & hoc de omnibus fructibus terrarũ: ar
borum ortorum: nutrimentis animalium: lana: lacte
feno lignis: piſcationibus: venationibus: affictis: penſio
nibus: molendinis etiam ad ventum: balneis: fullo-
niis: mineris: lapidicinis: Excuſantur autem a ſolutione
decimarum illi: in quorum locis ex antiqua conſuetudi
ne decime non Soluuntur. Si tamen eccleſia hoc exigere

tenerentur ſoluere: alias ſi obſtinati eſſent: in ſtatu dãna tionis exiſterent. Multa alia de decimis vide in ſumma piſana: & ſumma cõfeſſorũ. Q uintũ preceptũ eſt de ꝯfeſ ſione ſemel in anno facienda ꝓprio ſacerdoti. Proprius aũt ſacerdos eſt: qui curam aïe filius ordinariã: h; ſicut papa: legatus eps & parrochianus. Poteſt aũt cõmitte re proprius ſacerdos vices ſuas alteri: vt ſubditos ſuos audiat: vnde frẽs mendicantes auctoritate epi ſm formã clementine ad audientia cõfeſſionũ expoſiti poſſunt au dire confeſſiones: & abſoluere & penitentias iniungere: ſicut põt parrochialis ſacerdos: q l; habeat ordinariam poteſtatẽ: nõ tñ plenariam habet. Sed ſunt aliqui caſus reſeruati pape: & aliqui epiſcopo dyoceſano: caſus aũt q reſeruant̃ pape: vide infra in. c. de excõi. Caſus vero re ſeruati epo ſunt. ix. quatuor de iure: & qnq; de ꝯſuetudi ne. Primus caſus de iure epo reſeruatus eſt pctm̃ clerici per qđ incurriſſet irregularitatẽ. Scđs eſt de incendiariis, Tertius eſt de pctõ: vbi eſſet indicenda ſolemnis pnia. Q uartus eſt de excõmunicatiõe maiori. Q uintus eſt de homicidio volũtario. Sextus eſt de violatione eccl'iaſti ce imunitatis. Septimus de violatione eccleſiaſtice liber tatis. Octauus de falſariis. Nonus de ſacrilegiis. Cen ſuras autem: que reuerſantur epo, vide infra in capl'o de excõicatione: reſeruatur etiam pape diſpenſatio vel con mutatio votorũ religionis: & caſtitatis, & peregrinatio ad terram ſanctam, ad limina apoſtoloꝝ Petri & Pau li Rome, & ſancti Iacobi in compoſtella. Reliqua oïa poteſt eps cõmutare vel etiã diſpenſare. Ad confeſſionẽ autẽ faciendam ſemel in anno tenetur quilibet poſtq̃ ad annos diſcretionis peruenerit. Ad hoc autẽ vt confeſſio ſit valida, debet habere infraſcriptas cõditiones, que in his verſibus ꝯtinentur v;. Sit ſimplex, humilis, confeſ ſio pura, fidelis. Atq; frequens: nuda: diſcreta, libens: ve recũda. Integra: ſecreta: lachrymabilis: accelerata. For tis & accuſans: & ſit parere parata. Horũ verſuum decla ratio ſic p;. Sit ſimplex, ſ. vt non recitet in cõfeſſione, niſi

quod ad quantitatem peccati ptinet. Humilis.ſ.vt miſe rū ſe: & infirmū cōfiteatur. Pura.ſ.vt recta ſit cōfitētis in tentio. Fidelis.ſ.vera. ſine vlla falſitate. Atq̧ frequens iſtud eſt de bñ eſſe cōfeſſionis.ſ.vt hō frequēter cōfiteatur Nuda: vt non inuoluat obſcuritate verborum. Diſcreta ſcilicet: vt maiora cō maiori pondere cōfiteatur. Libens. ſpontanea non coacta. Verecūda.ſ.vt ſe erubeſcat, & nō ſe iactet de pctis pp aliquā ſeculi vanitatē. Integra.ſ. vt non ſubtrahat aliqd de his, que manifeſtanda ſunt. Se creta.ſ.quantū ad cōditionē ſacri, in quo de ocultis ꝯſciē tie agitur. Lachrymabilis, quo ad dolorē de pctō cōmiſ ſo: Accelerata: vt.ſ.non differatꝰ de die in diē: ſed ſtatim vel q̄citius pōt cōfiteatur. fortis: vt.ſ. nihil pp verecun diā dimittat. Accuſans.ſ.ſeipſum non alium. Et ſit pa rere parata.ſ.ſacerdoti. Sextum preceptū eſt de cōione. Nam qlibet poſt q̄ ad anuos diſcretionis peruenerit: te netur cōicare ſaltē ſemel in anno in paſchate, niſi de cōſi lio ꝓprii ſacerdotis, pp aliquam cām rōnabilem ad tē pus abſtineat. Intellige aūt in paſca ſm declarationē Eugenii quarti: a ſeconda feria poſt dñicam in ramis palmaꝝ vſq̧ ad octauans paſche incluſiue. Septimū pre ceptum eſt de carnibꝰ non comedentis ceteris diebus. Hi ſunt autem dies, in quibꝰ non licet alicui carnes co medere diebꝰ ieiunioꝝ, ſexta feria, & ſabbato, vbi eſt cō ſuetudo non comedēdi. Octauum preceptū eſt a quibus dam cibariis abſtinendū diebus ieiunioꝝ que ſunt iſta. Nam quilibet ieiunans tenetꝰ abſtinere a carnibꝰ gene raliter, ab ouis regulariter, a lacticiniis in quadrageſi ma, in aliis ieiuniis ſeruetur ꝯſuetudo terre. Nonum ꝓ ceptum eſt, quo tpe īterdicte ſunt nuptie. Interdicte ſunt autem celebrationes nuptiaꝝ a prima dñica aduentus vſq̧ ad octauās epiphanie incluſiue, qua die eſt feſtū ſan cti Hilarii. Item a ſeptuageſima vſq̧ ad octauas paſ che incluſiue, & a dñica ante aſcenſionem, ſiue anteroga tiones vſq̧ ad feſtum trinitatis, quod eſt in dñica prima poſt penthecoſtes excluſiue, quia feſtū penthecoſtes nō

habet octauas & de hoc dantur ſequentes verſus.v;.
Coniugium prohibet aduentus,hylariſq; relaxat.
Septuagena vetat,octaua paſche relaxat.
Rogamen prohibet,ſed condittrina poteſtas.
aliis enim temporibus poſſunt nuptie celebrari
¶ Decimum preceptum eſt q̄ debitum cõiugale non exigatur certis diebus vel temporibus,non licet autem exigere debitum coniugale diebus infraſcriptis.videlicet. Diebus dominicis & feſtiuis,diebus ieiuniorū, diebus proceſſionum,tribus diebus ſaltem ante ſacram communionem,tempore p̄gnationis ſi ſit periculū aborſus, tp̄e purificationis poſt partum,tempore menſtrui naturalis.Nō eſt tñ pctm̄ mortale,niſi fiat in contemptum ſacrorum dierum vel ordinationis eccleſie.
¶ De inuẽtione paſche,ꝛ aliorū feſtorū mobiliū.Ca.11.
AD obſeruationem autem tertii precepti pertinet ſcire feſta,quorū quedam dicunt̄ inmobilia, que ponuntur in chalendario ſub certis literis,ſicut natale, & alia feſta aliorum ſanctorum,alia dicuntur mobilia que quandoq; a natali aliquando propinquius,aliquando remotius celebrantur,inter que paſcha eſt principale.Ad ſciendum autem feſta immobilia ſufficit ſcire mutationem litere dominicalis,que mutatur in omni anno in Ianuario Sunt enim in anno.52.ſeptimane & vnus dies,vnde prima lirera chalendarii eſt.a.& vltima etiam s.& p̄pter hoc,quia iſta vltima litera eſt vltra ſeptimanas in anno,ideo mutatur quolibet anno lirera dominicalis ſicut pater de ſe.Sed quia in anno vltra tẽpus pretaxatum,continentur plus ſex hore que in chalendario non quottantur,ideo in quarto anno ſimul congregantur & faciūt vnā diẽ naturalẽ.ſ.24.horas & ſic fit biſſextus,quia additur vna dies.Statur enim duob⁊ diebus ſuper vltimo.ſ.Februarii in feſto.ſ.ſci Matthie,& mutatur ibi iterꝫ lr̄a dn̄icalis.Eſt autem aduertendum,q̄ in mutatione litere dn̄icalis retroceditur,vt ſi hoc anno lr̄a dn̄icalis ſit.a.ſequenti anno erit.g.alio.f.& ſic vltra:Fe

ſta autem mobilia breuiter ſciunt hoc modo, renouatio:
ſiue dies prima lune deſignatur p illũ numeꝝ: q ponit
in chalẽdario ante lr̃as: q vocatur aureus numerus, ita
ꝙ hoc anno. ſ. ãno dñi. 1533. deſignatur p quaternariũ,
qui ponit in Ianuario añ diem, quo celebratur feſtũ Fa
biani & Sebaſtiani & vbicũqꝫ hoc anno in toto chalẽda
rio inuenietur quaternarius ibi inuenietur luna prima,
& anno ſequẽti, vbicunqꝫ qnarius inuenietur, in alio vbi
cũqꝫ ſenarius, & ſic ꝓcedendo vſqꝫ ad. 19. ꝛ tunc reuerte
tur ad vnitatẽ & dualitatẽ ꝛ ſic ſempcirculando a, 19. ad
vnitatẽ talis primatio lune ꝯtinuat. Quibus ſuppoſitis
queratur in chalendario primum. c. menſis Martii: no-
uis. ſ. Martii. i. in feſto ſcti Thome de Aqno, quo habi
to, queras aureũ numerũ illi anno deſeruientẽ poſt diem
ꝑdictam, & ſi nõ inueniat in illo menſe, querat in princi-
pio Aprilis. Quo habito incipiatur illo die illũ includẽ
do & cõputent. 14. dies ꝛ ſequenti dñica erit paſcha, ſiue
in ipſa die. 14. ſi fuerit dñica. Habito aũt die paſche ſi re
trocedatur p. 7. ſeptimanas eſt dñica quadrageſime, ꝛ ã
te illam per tres ſeptimanas, eſt dñica. 7 c. Poſt qnqꝫ ãt
ſeptimanas a paſcha eſt dñica in rogationibus, ꝛ ſequẽ-
ti feria. 5. feſtũ aſcenſionis. Et patet ẽt de feſto pentheco
ſtis poſt. 7. ſeptimanas a paſcha & feſtũ ſctiſſime trinita
tis poſt, 8. ſeptimanas a paſcha, feria vero qnta poſt ip-
ſum feſtum trinitatis eſt feſtũ ſacratiſſimi corporis Chri
ſti, & põt haberi paſcha per hos verſus. Poſt martis no
nas, vbi ſit noua luna require. Mox vbi trãſierit, bis ſe
ptima paſcha patebit. Item ad inueniendum feſtum pa
ſche per aliam rationẽ datur ſequens verſus vꝫ.
Poſt epy. ter. pri. ter. do. canitur reſurrexi.
Huius verſus iſta eſt declaratio. Inuenitur ter prima-
tio lune poſt feſtum epyphanie & tertia dñica poſt ter-
tiam primationem lunẽ erit paſcha. Aduentus domini
celebratur in dñica que vicinior eſt feſto ſancti Andree,
ſiue precedat, ſiue ſequatur vel in ipſa dominica ſi feſtum
ſancti Andree in dominica venerit.

¶ De virtutibus cardinalibus. Cap. 12.

QVatuoř ſunt virtutes cardinales: vȝ: prudentia: iuſtitia: fortitudo: & temperantia. Dicunť aũt cardinales a cardine: qa ſicut oſtium vertitur in cardinibꝰ & ſuſtentatur: ita vita humana in his virtutibꝰ quãtũ ſcȝ ad rectã ꝯuerſationẽ, Vel dicunť cardinales: qa ſunt principales: & ad eas oẽs alie virtutes morales reducũtur. Morales ãt dicunť a more: qr ꝑ morẽ: ſeu ꝯſuetudinẽ acqruntur. Earũ aũt ordo: & numerus ſic accipiť: qa hõ ordinatur in moribꝰ in faciendo bonũ: & declinãdo a malo. Ad bonũ aũt faciendũ reqritur eiuſdem boni & ſui ꝯtrarii cognitio: & hec eſt prudẽtia. Reqritur ẽt boni cogniti excuſſio: & hec eſt iuſtitia. Malũ aũt oritur ĩtrinſecꝰ: & cuiusmodi ſunt paſſiones brutales cõcupiſcentie ire: & hmõi: & moderanť ꝑ tẽperantiã: aut iſertur ab extrinſeco: cuiuſmodi eſt paſſio timoris reſpectu mali futuri: & paſſio doloris reſpectu mali p̃ſentis: & has paſſiones reprimit fortitudo. Prudẽtia igiť ꝑficit intellectum ad dirigendã totã vitam humanã: ꝯſiſtit aũt in hoc: ꝙ qſqȝ ſciat inuenire medium ẞm rectã rõnem in his que ſunt ab hoie facienda: vt videlicet qs ſciat ſeip̃m: & alios regere. Diffinitur aũt prudentia ſic. Prudentia eſt bonarum reꝝ: atqȝ maloꝝ vtrarumqȝ diſcretio. Species prudentie ſunt he. vȝ. Prouidentia: que eſt preſentium notio: & futuroꝝ cognitio: ꝑtractans euentum. Alia eſt circũ ſpectio: que eſt virtꝰ diligenter negocii circunſtantias examinans. Tertia eſt cautio: que eſt virtꝰ ꝑ diſcretionẽ virtutũ a vitiis impedimenta aufugiens. Iuſtitia ꝑficit voluntatem ad reddendum vnicuiqȝ qđ ſuum eſt. Conſiſtit aũt in hoc: ꝙ ſeruet equalitas inter hoies cõmunicantes adinuicẽ quantũ ad res exteriores: qbꝰ vtuntur. Hec aũt ſic diffinitur. Iuſtitia eſt virtꝰ ſingularis ẞm iuſti electionem: equa rõne diiudicans. Species aũt iuſtitie ſunt he. vȝ. Seueritas: que eſt virtꝰ debito ſupplicio cohercens iniuriã. Equitas: que eſt iuſtitia dolore miſericordie rigoroſa tẽperans. Veritas: que eſt virtꝰ: per quã

immutata ea:que ſunt:aut futura ſunt:dicunť. Obediē tia:que eſt virt⁹:que leggitima ſuperioꝝ pcepta exequit Liberalitas:que eſt virt⁹ beneficioꝝ erogatrix. Benigni tas:que eſt virt⁹ ad benefaciendū expoſita ſui cunctos in uitās dulcedine. Benignitatis aūt iſte ſunt ſpecies:vide licet religio:que eſt virt⁹ diuinitatis curam gerens:ceri moniamq; offerens. Pietans:que eſt virt⁹:per quam ſan guine ꝯiunctis:& patria beneuolis officium:& diligēs at tribuitur cult⁹. Innocentia:que eſt virt⁹ oēm iniurie illa tionem abhorrens Humanitas:que eſt virt⁹:qua miſe rationis affectu nos inuicem tuemur. Miſericordia:que eſt virtus:per qꝫ animus ſuper calamitate afflictoꝝ mo uet. Gratia:q̄ eſt virtus:qua amicitiaꝝ:& officioꝝ al teri⁹ memorie remunerandi voluntate continetur. Reue rentia:que eſt virt⁹ pſonis grauibus vel aliqua dignita te ſine prelatione ſublimatis debite honorificationis cul tum exhibens. Concordia:q̄ eſt virtus cōciuens:& cōpa triotas in eodem iure ſpōtanee nectēs. Amicitia:que eſt bona voluntas erga aliquā perſonā cauſa illius tantum qui diligitur. Fortitudo perficit iraſcibilē circa difficilia aggredienda vel ſuſtinenda maxime circa pericula mor tis. Conſiſtit enim in hoc:ꝙ mens hoīs ſit firma ad tole randa aduerſa:& ne reſiliat ab eo:qđ rō dictauerit faciē dum:pp aliqđ difficile.qđ incūbat. Hec autē ſic diffini tur. Fortitudo eſt ꝯſiderata periculoꝝ ſuſceptio:& diu turna laboꝝ perpeſſio. Iſte ſunt ſpecies fortitudinis vi delicet:magnanimitas:que eſt difficilium reꝝ ſpōtanea & rationabilis aggreſſio. Magnificentia:que eſt diffici lium:atq; pclaroꝝ cōſumatio. Fiducia:que eſt certa ſpes animi:perducens reminchoatā ad finem: Securitas:que eſt incōmoditates imminentes:vel effines rei inchoate non formidare. Patientia:que eſt iniuriarum:atq; con tumeliaꝝ:& omnis aduerſitatis impet⁹ equanimiter por tare. Conſtantia:que eſt ſtabilitas animi firmūn ꝓpoſi to perſeuerans. Tēperātia:que pficit ꝯcupiſcentiā : ad refrenādas:& regulandas paſſiones ipſi⁹. Conſiſtit eni

in repreſſione paſſionū brutalium & precipue in modo-ratione delectationum tactus & guſtus.i.venereorum& cibariornm: Hec aūt ſic diffinitur. Temperātia eſt ratio-nis dñium in libidinem: & alios motus īportunos. Iſte ſunt ſpecies temperantie videlicet. Modeſtia: que eſt vir tus que facit cultum & motum: & oēm naturalem occu pationem vltra defectum: & citra exceſſum ſiſtere. Vere-cundia: que eſt in geſtu: & verbo honeſtatē ſeruare. Ab-ſtinentia: que eſt ſtatutum tempus cibandi nō preuenire: Moderantia que eſt nimium ciborū appetitum rōnnis imperio reuocare. Honeſtas: que eſt nec lautiores cibos querere: nec in apparatu operam dare. Parcitas: que eſt menſurā refectionis non excedere. Sobrietas que eſt in potu exceſſum cohibere. pudicitia que eſt moderamine rōnis petulatiam domare. Sub iſtis ergo quatuor vir tutibus. ſ. prudētia: iuſtitia fortitudine & tēperantia: oēs alie virtutes morales ꝯtinentur: ſicut pulchre & comple-te determinat ſanctus Tho. in ſecunda ſecunde.

¶ De donis ſpūſſācti & diſtinctione eorūdem. Cap. 13.

DOna ſpūſſancti ponuntur ſeptem : que habentur Eſaie. xi. v3. (Donum ſapientie & intellectus: con ſilii ⁊ fortitudinis: ſciētie ⁊ pietatis: & timoris dñi.) Dif ferunt aūt a virtutibꝰ: moralibus: qa virtutes morales ꝑ ficiunt hoīem ſecundū ꝙ natus aptus eſt moueri & regi per imperium rōnis: dona aūt ꝑficiunt hominem ꝑ con-parationem ad regimen ſpūſſancti: vt prompte obediat ei. Diſtinguunť aūt dona adinuicē: qa ratio in ſpecula-bilibus ꝑficitur ad apprehendēdū ꝑ intellectū: ad iudi-candū ꝑ ſapientiam: in practicis vero: ſeu agibilibus ad apprehendendum per conſilium: ad iudicandum per ſcientiam. Vis autem appetitiua ꝑficitur in his que ſunt ad alterum per pietatē: in his aūt q̄ ſunt ad ſeipm̄ contra timorē periculoꝝ perficiť per fortitudinem: ꝯtra cōcupi ſcentiam autem inordinatam delectabilium per timorē Donum igitur ſapientie dicit rectitudinem conſilii de re bus diuinis conſpiciendis quo ad intellectum: & conſu-

lendis quo ad effectum & hoc per regulas inſpiratas a
deo. Donum intellectus ſignat quodam lumen nobis
datũ a deo ad cognoſcẽdũ veritatẽ diuinã, ad cuius co-
gnitionem per virtutem lumitis naturalis ꝑtingere non
valemus. Donũ ꝯſilii cõſiſtit in hoc, ꝙ homo dirigitur
a deo ꝑ modũ cõſulentis in agendis, circa que nõ dirigit
ſufficienter inqſitio nãlis. Donũ ſcientie conſiſtit in hoc
ꝙ aĩus hoĩs inſtruitur a deo ad diſcernendum creden-
da non credendis. Donum fortitudinis cõſiſtit ĩ hoc ꝙ
animus hominis moueatur a ſpũſancto ad cõfitendum
ſe poſſe peruenire ad finem boni opis inchoati, & euada
re quecunq; pericula imminentia, licet etiam nature ptã-
tem excedant, Donũ pietatis conſiſtit in hoc, ꝙ aĩus ho
minis moueat̃ a ſpũſancto ad exhibendũ quendã affe-
ctum filialẽ deo. Donum timoris eſt, per quod mouetur
hõ a ſpũſancto, vt ſemper querat eſſe ſubiectus deo, re
fugiat ſe ſubducere ab eo. Eſt autem timor multiplex ſci
licet. Mundanus, quo homo ꝑꝑ timorem mundi deum
offendit. Humanus ſiue naturalis, quo hõ naturaliter
timet mortẽ mutilationem, & huiuſmodi, Seruilis per
quem quis retrahitur a peccato timore pene. Initialis q
introducit charitatẽ, ſicut cera introducit lumen. Filia-
lis, per quem hõ amore iuſtitie benefacit. Et iſto mõ ſolũ
timor ẽ donũ ſpiritusſancti, timor vero humanus eſt in
differens, initialis vero & ſeruilis boni ſunt, ſ; imꝑfecti.

¶ De operibus miſericordie tam corporalibus ꝙ ſpi-
ritualibus. Capitulum. 14.

OPera miſericordie in duo genera diuiduntur, que
dam enim ſunt corporalia quedã ſpiritualia, cor
poralia ordinant̃ ad ſubleuationẽ indigẽtie corporalis,
ſpiritualia autẽ ad ſubleuationẽ indigentie ſpũalis. Pri
me ſunt ſeptẽ ſpecies, ſiue partes, quarũ ſex prime ponũ
tur Matthei vigeſimo quinto, & etiam habet̃ Thobie
ſecũdo. Primũ igitur opus miſericordie eſt refectio eſu-
rientis. & conſiſtit in hoc, vt cũ aliqs videt aliquẽ famis
inedia laborantem, dato et cibo ipſum reficiat Scdm eſt

potatio ſitientium, & conſiſtit in hoc vt ſitientē homo re frigeret: dato ſibi potu. Tertiū eſt receptio: ſiue collectio peregrinoꝝ quod conſiſtit in hoc ꝙ homo hoi non habenti hoſptium cōicet domū ſuam. Quartū eſt coopertio nudoꝝ, & ꝯſiſtit in hoc: ꝙ ſi hō viderit ꝓximū frigori expoſitum: pp defectū veſtis, eum ꝓ poſſibilitate ſua ſatagat operire. Quintū eſt viſitatio infirmoꝝ, que conſiſtit in hoc: ꝙ homo ꝓximo infirmo compatiens ꝓcuret ſibi: ſi poterit ſanitatē vel ſaltem ſua preſentia: dolorem eius: quantum poterit: alleuiet. Sextum eſt redemptió captiuoꝝ, & conſiſtit in hoc, ꝙ homo violenter oppreſſus & iniuſte eripiat cōſilio. auxilio, & fauore, ⁊ incarceratos viſitet & ſubueniat eiſdem miſericordiam impendendo iuxta preceptū ſaluatoris. Septimum eſt ſepultura mortuorū, que cōſiſtit in hoc, ꝙ homo ꝓcuret defunctis eccleſiaſticām ſepulturā: ſi eis nō fuerit interdicta. Interdicta vero eſt ſm iura eccleſiaſtica ſepultura his: qui ſeipſos occidunt. Item his: q pro ſuis ſceleribus ſine pnia occiduntur. Item excōicatis. Item his qui moriuntur in torneamētis. Item infidelibus: hereticis: ſortilegis: ſciſmaticis. Item his, q moriunt̄ in pctō mortali: ſi de hoc cōſtiterit. Item religioſis q moriuntur ꝓprietarii, & ſine pnīa decedunt. De his ergo operibus miſericordie diſceptabit Chriſtus cum hoībus in iuditio: vt p; in Mattheo. Continentur aūt hec opa in hoc verſu. v;. Paſco, poto: lego tego. viſito: libero: condo. Opa miſericordie ſpiritualis ſunt alia. vii. que cōtinent̄ in hoc verſu. Inſtrue: ꝯſule: ſolare corrige: pce, fer hora: Primū opus eſt inſtruere ignorātem quantum ad ſpeculabilia vt ſiquis videat aliquem ignorantem aliquid, qđ ſit neceſſariū ad ſalutem anime vel qđ aliquo modo ad officiū ſuū ſpectet. ipſum debeat informare eccleſiaſtici. 18. (Qui miſericordiam habet: docet: & erudit, ſicut paſtor gregem ſuum.) Secundū eſt conſulere dubitantem quantū ad agibilia, vt cum qs videt aliquem in aliquo negocio vacillantem, det ei cōſilium ſi ſciat quid facere debeat Iob quarto. (Vacillan

tes confirmauerunt ſermones tui.) Tertiũ eſt conſolari triſtem ꝑpter aduerſa: vt ſcilicet qñ qs videt aliũ in angustia & afflictiõe cõſtitutũ ipſum ad patiẽtiã inuitet: & inducat ad ꝯſolationẽ: & letitiam ſpũalem: eccleſiaſtici ſeptimo. (Ne deſis plorantibus in ꝯſolationẽ.) quartũ eſt indulgere cõmiſſa penitenti quantũ ad: ea, q̃ contra ſe cõmiſſa ſunt, vt ſcilicet illi, qui iniuriam irrogauerit perſonalem, is cui iniuria eſt illata, remittat ex corde: eccleſiaſtici. 1. (Relique proximo tuo nocenti te, & tunc ſoluentur peccata tua. Quintum eſt ſuportare defectuoſum, ſeu onera alioꝝ, ſiue ſint debilitates corporales ⁊ defect⁹ naturales ſeu etiã accidẽtales, ſicut infirmitates, ſiue paſſiones ſpũales, morales etiam, & voluntarii defect⁹ ſũt ſupportãdi & reprehendẽdi debits circonſtantis obſeruatis Gallath. v. (Alter alterius onera portate: & ſic adimplebitis legem Chriſti. Sextũ eſt orare pro collatione ſeu cõſeruatione ſeu augumentatione boni & remotione mali hoĩum, q ſunt nobiſcum in via iacobi quinto. (Orate pro inuicẽ, vt ſaluemini.) Luc, ſexto. (Orate ꝑ ꝑſequẽti b⁹ vos:) Septimũ eſt corrigere delinq̃ntẽ quantum ad ea que ſunt ꝯtra deum vel ꝓximum cõmiſſa, qđ ideo vltimũ ponit, qa plus circa eum inſiſtitur. Cõſiſtit ergo correctio fraterna in hoc, vt ſiquis ſciat alium crimen aut peccatum comiſiſſe ſuadeat penitentiam peccatori. Et ſi videat eum ad peccandum diſpoſitum: ꝙ preſtet impedimentum: nec peccet: eccleſiaſtice. 19. (Corripe proximum.)

De correctione fraterna & ordine eiuſdem. Cap. 15.

IN correctione fraterna ordo ſeruandus eſt quia peccatũ aliud eſt occulum: aliud eſt manifeſtum. Si occultũ: tunc ſecrete monendus eſt: q pctm̃ cõmiſit, quod ſi ſecreto correct⁹ nõ ſe emendauerit: monendus eſt ſecũdo coram paucis: per quos cõuincendus eſt, ſi poſtea negauerit: ſi necdũ ſe correxit: eſt ad denunciacionẽ procedendum. Eſt aũt cauendũ: ꝙ ſi pctm̃ occultum cedat in damnum totius cõmunitatis: ſicut hereſis vel proditio ci

uitatis in hoc caſu eſt ſtatim ad denunciationē ꝓcedendū: niſi firmiter crederet, ꝙ ſtatim p ſecretā monitionem malis hmôi p̄ſtaret ipedimentū. De occultis aūt quo ad perſonam: ſed notoriis quo ad factum. & maius dubium: ſicut ſi incendium factum ſit, & neſcitur á quo. In manifeſtis autem peccatis, vt ſunt ea, que ſunt publice: per quem ſcandalizatur populus, eſt ſtatim ad denunciationem ꝓcedendum Ad hunc autem ordinem correctonis p̄lati tenent ex p̄cepto: alii aūt ex ꝯſilio quantum ad pctm̄ cōmiſſum. Ex p̄cepto aūt quo ad cōmittendum maxime ſi ꝓbabil'r de correctione ſperet: ſi enī hoī videret: ꝙ nihil ꝓficeret: ſed forte deterior fieret ille, qui corrigitur, forſitā eſſet cedendum. Hic autē ordo correctionis habetur Math. 18. vbi Chr̄s dixit Petro. (Si peccauerit in te frater tuus. i. te ſolo ſciente: corripe eum inter te &: ipſum ſolum.) Eſt aūt attendendum: ꝙ hec correctio intelligitur: de generibus criminum, que derogāt fame: de leuibus enim, que fame nō derogant: cuiuſmodi ſunt ea, de quibus religioſi in capitulo ſe accuſant: hec correctio non eſt neceſſaria: Item ſciendum: ꝙ ſi prelatus preciperet et ſubdito de dicenda veritate cōtra hūc ordinem ad non ꝯſtitututū: ipſe mortaliter peccare, & etiā ſibi obediens quaſi contra preceptum domini agens: vnde non eſſet ſibi obediendum: quia ſolus deus eſt iudex occultorū: & non homo. Et ideo in denunciacione criminum: caute & conſulte eſt procedendum.

¶ De qbuſdā ad pfectionem hui⁹ vite inducentib⁹: ⁊ de octo beatitudibus. & aliis qbuſdam. Cap. 1.

NVnc ſubſequenter dicendum eſt de qbusdā ad perfectionē huius vite inducētib⁹: & poſtea de qbuſdā ad futurā vitā ptinētibus. Circa primū dicendū eſt de vita actiua & contemplatiua. Vita actiua cunſiſtit in agibilibus oīb⁹, ſiue ſint ad ſeipſum: ſiue ad alium: ſed principal'r cōſiſtit in his: que ad aliū ſunt: vt ſunt opa miſericordie: de quibus dictum eſt. Vita vero cōtemplatiua principaliter cōſiſtit in cōtemplatione: & ſpeculatione di

uinorum Et eſt ſciendum, ꝙ vita actiua eſt diſpoſitio ad vitam conteplatiuam, que quidem vita cōtemplatiua eſt dignior vita actiua: licet vita actiua ſit vtilior. Conſiſtit autem vita contemplatiua in actu altiſſime potentie qui in nobis eſt. ſ. intellectus, & habitu nobiliſſimo ſcilicet ſapientia, & in obiecto digniſſimo, quod eſt deus. Vlterius ſciendū eſt, ꝙ tres ſunt ſtatus eccleſie. videl;. virginum, cōtinentiū: & coniugatorū, primus ſtatus eſt melior q̄ ſecundus, & ſecundus q̄ tertius. Conſequuntur aūt eternam beatitudinē octo genera pſonarū. v;. Pauperes ſpiritu, ideſt abſtinentes ab amore mundi, ſcilicet carnalium voluptatū, diuitiaꝝ, ac ꝓprie excellantie talium eni merito eſt regnū celorū. Item mites. i. manſueti: q ad nullam ꝯtumeliā mouent: & tales digne poſſidebunt terrā. Item lugentes pro peccatis: & ipſa odientes, & ad deſtrut ionē eorum aſſurgentes, talibus conſolatio futura preparatur. Item eſurientes, & ſitientes iuſtitiā ideſt vehementer deſiderantes ſummum bonum, & ideo tales ſaturabuntur. Itē miſericordes, q ſcilicet in operibus miſericordie ſe exercent: iſti miſericordiam conſequentur. Item mundo corde, ideſt exiſtentes animo purgato: & alieno ab inquietudinibus huius mundi, & tales videbunt deum, & ardentiſſime diligent. Item pacifici: ideſt illi, q nullā contradictiotem habent a mundo: a diabolo, vel a carne, vel aliqua contradictio eis efficax eſt, tales merito filii dei vocabuntur. Item pſecutionē patiētes propter iuſtitiā, & talium eſt regnū celorū harum beatitudinū numerus accipitur ẜm integritatē pfectionis. Requiruntur aūt tria ad integritatem perfectionis. ſ. receſſus amalo, ꝓceſſus in bono, & perfectus ſtatus in optimo. Sane omne malū procedit ex tumore ſuperbie: aut ex rancore malicie, aut ex langore concupiſcentie. Contra tumorē ſupbie eſt paupertas ſpūs: contra rancorem malicie eſt mititas: cōtra langorem cōcupiſcentie eſt luctus. Item pfectus attenditur ẜm duas vias dūi. ſ. miſericordiam & veritatē, de qbus p̄s. (Vni-

uerſe vie domini miſericordia & veritas.) Et ad viā mi
ſericordie correſpondent miſericordes: ad viā vero veri
tatis correſpondent eſurientes & ſitientes iuſtitiā. Prete
rea ſtatus in optimo attēditur in duobus. ſ. in limpida co
gnitione & huic correſpondet mundicia cordis que va
let ad videndū deū. Secundo attendit in tranquilla affe
ctione & uuic correſpondet pax mentis ad fruendum p
fecte deū. Per has ſeptē beatitudines excluduntur. vii.
peccata mortalia, paupertas ſpirit⁹ excludit ſuperbiam
mititas ſiue manſuetudo iram luct⁹ inuidiam: qa qui lu
gent aliorum peccata: non inuident eis: eſuries accidiam
miſericordia auaritiam, mundicia cordis gulam: quia
cordis mundicia non ſeruit ventri: pax excludit luxuriā
qa guſtato ſpū dei deſipit ois caro. Iſti ſunt planct⁹ ſpi
rituales. videlicet. flere temporis amiſſionem: flere vitā
male correctam: flere Chriſti paſſionē: flere ob ꝓximi cō
paſſionem: flere peccati cōmiſſionem: flere gratie optatio
nem: flere glorie premiationem. Iſta ſunt que faciunt ſer
uum Chriſti: aſperitas penitētie: puritas conſcientie pre
claritas ſapientie: equitas iuſtitie largitas miſericordie.
Iſta debet habere vnuſqſqꝫ ad deum. vꝫ. delectionē pu
ram: obedientiam verā: perſeuerantiam cōtinuam. Iſta
debet habere qlibet verſus ſeipſum. vꝫ: Intentio iuſta:
cogitatio ſancta: verbum bonū: opus pfectum. Iſta de
bent haberi verſus ꝓximum. Subuentio charitatiua:
correptio diſcreta: relaxatio voluntaria: ſupportatio cō
paſſiua. Iſti ſunt: quibus de⁹ miſeretur lugētibus peccata
timētibus dei iudicia: retitenttibus proximis iniuria: pſe
uerantibus in penitentia. Iſti ſunt: quos deus non dere
linquit: viuentes in innocentia: dolentes in penitentia: ſtu
dentes in ſapientia: ſuſtinentes in patientia: iſti ſunt fru
ctus ſpūſſancti vꝫ. charitas: gaudiū: pax: patiētia: lōgani
mitas: bonitas: benignitas. māſuetudo: fides: modeſtia:
continentia: caſtitas. Iſti ſunt effectus ſpirituſſancti. vꝫ.
prefectionis: vnionis. opis: delectationis: cōtriſtationis:
zeli: mutue adheſionis: extaſis. liquationis: feruoris: lan
guoris

gnoris:perſeuerantie:exultationis.

¶ De dotibus aie & corporis glorificati: & aureolis: & fructibus eorũ: ⁊ de penis damnatorũ. Cap. 17.

DE inde dicendum eſt de quibuſdam: que ad vitam aliã ptinẽt.ſ.de gloria btõrũ. Septẽ ergo dotes po nunt: tres quo ad aiam: & q̃tuor quo ad corpus prima: dos aie eſt viſio dei per eſſentiã prime: Ioan.5.(Videbi- mus eũ ſicuti eſt.) & in hoc conſiſtit beatitudo: & p̃miũ eſſentiale Ioan.17.(Hec eſt vita eterna: vt cognoſcãt te verũ deũ.) Scda eſt cõprehẽſio q̃ cõprehendemus deum ſicut mercedẽ nr̃am prime ad Cor.5.(Sic currite vt cõ- prehendatis: gloſa. Brauiũ eterne retributionis.) Ter- tia eſt fruitio: qua in deo delectabimur Iob.21.(Tũc ſu per oipotentẽ delitiis afflues.) Viſio ergo clara rñdet fi- dei: cõprehenſio ſpei: fruitio charitati: que ſunt tres virtu tes theologice: quas habem⁹ in via. Prima dos corpo- ris eſt ĩpaſſibilitas: ad q̃ ſeq̃t imortalitas prime. Cor. 15.(Op3 corruptibile hoc induere incorruptionem.) Corpus eni ex tũc non ledet: nõ diſſoluet: nõ eſuriet: nec m õ aliquo mali vel doloris aliq̃d patiet. Scda eſt clari- tas.(Math.25.) Fulgebũt iuſti tanq̃ ſol in regno pa- tris mei.(Item ad Phil.3.(Saluatorẽ expectam⁹ dñũ nr̃m ieſum chr̃m qui reformabit corp⁹ humilitatis no- ſtre ꝯfiguratũ corpi claritatis ſue.) Corpa eni btõrũ cla- raerunt: ſicut corp⁹ chr̃i fuit poſt reſurrectionẽ.) Tertia ẽ agilitas: p quam celeriter adeſſe poterit corp⁹: volet aia Sap.3.(Tanq̃ ſcintille in arundineto diſcurrẽt.) Quar ta eſt ſubtilitas: p quã poterit quecũq3 voluerit: penetra- re prime ad Cor.15.(Seminat corp⁹ aiale: ſurget ſpũa- le.) nõ dicit ſpũs: quaſi corp⁹ in ſpm̃ cõuertat: ſed ſpũale: q̃a ſibi nõ reſiſtet: ſed oia ad volitũ penetrabit: ſicut chr̃s poſt reſurrectionẽ intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis He quatuor dotes erunt in btis cõtra quatuor: q̃ ſunt in hac vita in corporibus nr̃is ſunt eni paſſibilia: obſcura tarda, & groſſa, qr vnũ reſiſtit alteri, & duo nõ pñt eſſe ſi mul. Dotes aie ſupradicte cõtinẽtur in hoc verſu. Felix:

ſumma videt: & capit & fruitur. Felix. i. beatꝰ ſumma vi
det. i. deũ videt: & capit & fruitur: ideſt cõprehendit. Do
tes vero corpis cõprehenduntur in hoc verſu. Corpus
erit ſanũ: ſubtile: mobile claꝝ. Aureole ēt ptinent ad vi-
tã illã aureole añt nihil aliud eſſe vñr q̃ ſpũalis gloria
de pugna excellenti: & aſſignatur aureola primo martyri
bus: qui triumphant in pugna cõtra mundũ. Scdo vir
ginibus: qui triumphant in pugna ꝯtra carnē. Tertio do
ctoribꝰ: qui triumphant cõtra diabolũ. Differt ãt aureo
la ab aurea: quia aurea dicit premiũ eſſentiale: quod cõ-
ſiſtit in tribus dotibꝰ anime ſuprapoſitis: aureola vero di
cit aliquit ſuperadditum: ideſt quoddam gaudium de
operibꝰ a ſe factis: que habent rationem victorie excelē
tis. Ad p̄dictam vitã ēt ptinent fructus: qui notati ſunt
in euangeliis: qui fructꝰ ſoli virtuti cõtinentie debent̃: q̃
hoiem a ſubiectione carnis liberat. Nihil enim aliud eſt
fructus q̃ quodam p̄mium qđ debetur homini ex hoc:
ꝙ a carnali vita in ſpiritualem tranſit. Attribuit̃ autem
triceſimus fructus coniugatis in quibus ſup obſeruãtio
nem decalogi: qui per denarium ſignatur: non additur
aliqua perfectio: niſi cõis: ſine qua non poteſt eſſe ſalus:
que per ternarium ſignatur. vnde tricenarius numerus
ex ductu ternarii in denarium tranſit. Sexageſimus au-
tem attribuitur viduis ꝓponentibus continere: que ad-
dunt ad totum tempus futurum aliquid ꝑfectionis ſpi
ritualis. Centeſimus autem attribuitur virginibus ſem
per proponentibus continere que iam veniunt ad ſum-
mam perfectionem caſtitatis. Centenarius enim nume-
rus ſignat perfectionem. Iſte ſunt remunerationes: bea-
torum: videlicet regnum: poſſeſio: conſolatio: ſaturatio:
miſericordia: viſio: filiatio diuina. Iſte ſunt glorie ſpiri-
tuales corporis glorificati: videlicet: pulchritudo: velo-
citas: fortitudo: libertas, volũtas, ſanitas. Iſte ſunt glo-
rie ſpirituales anime glorificate videlicet: ſapientia: ami
citia: concordia, honor poteſtas, ſecuritas, gaudiũ. Iſte
ſunt principales glorie corporis glorificati: videlicet: dul

cedo: ſuauitas: eterna lux. Iſte ſunt prinicipales glorie anime glorificare videlicet. Eternitas: viſio: amor ſplendor: cantus: flagrantia. Iſte ſunt contemplationes vite eterne videlicet: videre diuinam eſſemtiam: videre humanitatem Chriſti: videre vnionem verbi cum carne: videre naturam angelicam: videre conſortium ſanctorum: videre ſeipſum corpore glorificatum: videre animã propriam beatificatam. Sicut autem beati erunt in gloria cum omni letitia & exultatione: ita damnati erunt ĩ pena cum inenarrabili triſtitia & miſeria. He ſunt autẽ miſerie damnatorum: videlicet: turpitudo ponderoſitas imbecillitas ſeruitus: infirmitas anxietas vite breuitas. Iſte ſunt miſerie anime damnate inſipientia: inimicitia: diſcordia: dedecus: impotentia: timor: triſtitia. Iſte ſunt pene damnatorum deſperatio: cecitas: odium: obſcuritas: fletus fetor: ſtridor dentiũ: amaritudo: etern⁹ ignis: perpetua maledictio.

¶ De receptaculis animarum poſt vitam preſentem. Capitulum. 17.

DIſtinguuntur quatuor receptacula animarũ poſt vitam preſentem. Primũ eſt paradiſus qui eſt locus beatoꝶ: ad quẽ locum finaliter perducũtur oẽs: qui moriuntur in gratia: vbi eſt aggregatio oïs boni: & vbi nullum malum eſſe poteſt. Ponitur autem paradiſus a doctoribus in celo empyreo ſpecialiter. q̃uis large ſumendo viſio dei vbicunq; ſit poſſit dici paradiſus: iuxta illud verbũ Chriſti ad latronem. (Hodie mecũ eris in paradiſo.) Paradiſus aũt terreſtris alius eſt a celeſti: qa paradiſus terreſtris eſt in terrã in quodam monte altiſſimo verſus orientem, vbi nunq̃ eſt intẽperies aeris. In loco iſto poſitus fuit Adã a deo: ſed eiectus poſt pcĩn Eua ẽt ibi fuit facta de coſta Ade: ibi etiam trãſlati ſunt Enoch & Helyas qui in fine mũdi exibunt ad pugnãdũ cõtra Antichriſtũ: vñ viuũt ibi: & viuent vſq; tunc. Secũdũ eſt lympus patrũ: qui eſt locus, vbi detinebant p̃res a ꝯſecutiõe glĩe pp reatũ humane nature: q̃uis deceſſiſſ

ſent in gratia dei. In hoc aũt loco eſt pena dãni: ſed non pena ſenſus: dr̃ ãt pena damni priuatio viſionis diuine. Pena aũt ſenſus cõſiſſit in afflictione & pceptione alicuius nociui: ſicut eſt ignis & hmõi. Iſtum locum expoliauit chr̃s poſt paſſionem: qñ ſanctos pr̃es deduxit ſecuꝫ vñ de loco iſto dr̃ in ſymbolo. (Deſcẽdit ad ĩferos:) ex tũc ãt nullus intrauit in illũ locũ. Tertium eſt lymbꝰ puerorũ: vbi detinẽtur pueri. q moriuntur ſine baptiſmo in pctõ originali: non actuali: ibi ẽt eſt pena damni: ſed nõ ſenſus. Differenter aũt puniebanť ſancti patres: & pueri in limbo: qa ſancti pr̃es hẽbant ſpẽ de expeditione ſua & redẽptione p chr̃ꝫ pueri ãt nõ. qa pena eorũ ẽ ppetua. Quartũ eſt purgatoriũ vbi detinenť aĩe eorũ. q̃uis deceſſerũt in gr̃a: nõ ſatiſfecerunt de pena debita p peccatis actualibꝰ. Locus aũt purgatorii duplex ponit: vnus ſm legem cõem. & ſic purgatoriũ eſt locꝰ inferno cõiũtꝰ ita ꝙ idẽ ignis eſt: q dãnatos cruciat in inferno: & q purgat in purgatorio. Alius locꝰ purgatorii eſt ſm diſpẽſationẽ: & ſic in diuerſis locis aliq puniunť vel ad viuorum inſtructionẽ vel ad mortuoꝝ ſubuentionẽ: vt. ſ. p viuorũ ſuffragia adiuuentur. Suffragia eni viuorũ ſolũ proſunt his: qui ſunt in purgatorio aliis ãt qui ſunt in aliis receptaculis nihil pficiunt: in hoc aũt loco eſt pena damni: & pena ſenſus: & poſt diem iudicii nullus in loco iſto vnq̃ erit. Quintꝰ eſt infernus: qui eſt locꝰ damnatoꝝ: & demoniorũ, vbi nulla eſt redẽptio: ſed pena damni, & pena ſenſus ppetua: & in hoc differt a pena purgatorii: que nõ eſt eterna: ſed tpalis. Ad iſtũ infernũ deſcẽdunt oẽs: q moriunť in pcõ mortali: licet aũt neſciatur locꝰ ĩferni certitudinaľr: cõiter tñ poniť ſubtus terra, ſeu ĩfra terrã. Quatuor aũt p̃dicta receptacula vltima ponunť cõtigua quantũ ad locũ admodũ vnĩꝰ domus: vbi ſunt multa ſolaria: q̃uis nõ ſint equalia quantum ad cõditionem: quia punientur ſm merita & demerita vt habetur in Apocalipſi. (Opera enim illorum ſequuntur illos.) qui bene egerunt: bene fiet eis: qui male fiet eis male.

¶ De ſeptem vtiis capitalibus, ac filiabus eorum, & de peccato originali: veniali, ac mortali. Cap. 18.

QVia non euitatur malũ niſi prius cognitum ideo dicendũ eſt de ſeptẽ vitiis capitalibus: ſeu mortalibusquorũ rex, eſt ſupbia, que conſiſtit in apetitu inordinato ꝓprie excellẽtie, vñ verſus Cetera cũ ſupero, memet trãſcẽdere quero. Hec aũt ſic diffinit. Superbia ẽ animi tumor, quo de⁹ ꝯtemnit, ꝓximus deſpicitur, & ꝓprio appetitui ſup rõnẽ obtẽperatur. Hui⁹ ãt ſpẽs ſunt quatuor vꝫ. Extimare a ſe hr̃e, qđ a deo hꝫ. Extimare ſe hoc ſuis meritis habuiſſe. Iactare ſe hr̃e, ꝙ non hꝫ. Deſpicere alios, & ſingularis appeti velle videri. Filie ſuperbie ſunt he. q̃ in his verſibus ꝯtinentur. vꝫ Faſtus, auaritia, torpedo, liuor, & ira, gula, & luxuria ſunt ſeptẽ prima caueda. Faſtus. i. inanis gl̃ia. Torpedo. i. accidia. Liuor. i. inuidia. Alia aũt ſunt de ſe clara. Inanis gloria ꝯſiſtit in hoc ꝙ non irrõnabil'r q̃rit ſupra merita ab hoib⁹ commẽdari. Hec aũt ſic diffinitur. Inanis gl̃ia eſt inordinatus ai motus, quo qs ꝓpriã deſerit excellentiam vt alios honore p̃cellat. Huius ãt filie ſunt iſte. Elatio q̃ eſt tumor animi, quo qs non vult pati ſupiorẽ vel parẽ. Arrogantia, q̃ eſt tumor, quo qs mouet̃ ad iactandũ ſe hr̃e, qđ nõ hꝫ. Inſolentia, que eſt extra cõem vſum oium, q̃ſi ceteris deſpectis, verba, facta, geſtus, habituſq; ſingul'r habere. Ambitio, q̃ eſt deſideriũ, ſiue appetit⁹ inordinatus honoris, Cõtentio, que eſt impugnatio veritatis p fiduciã clamoris & ad hãc reducuntur ſciſma, diſcordia. & ĩpugnatio veritatis agnite. Cõtemptus, q eſt ꝙ qs honorare tenetur velle negligere. vñ verſus. Hec parua reputo que meliora puto. Cõtumatia eſt aucti maioris ex cõtemptu obicere. Preſumptio q̃ eſt ꝙ aliorũ eſt ſibi a ſcribere, de qua verſus. Me credo tãti, ꝙ ſim prior iure tonanti. Ad hãc reducũtur audacia, intimiditas. in obediẽtia que eſt ſuis maiorib⁹ nolle obedire. De qua verſus. Neſcio parere, mihi iuſſa recuſo tenere, ad hãc reducũtur trãſgreſſio, & omiſſio. Irreuerentia, que eſt debitã reuerentiã ſuis

maioribus non pſtare. Iactātia de qua verſus. Extollo verbis me magna loquendo ſupbis. Hypochriſis, que dicit. Vt videatur grata mihi dat virt? ſimulata. Pertinatia de qua verſ?. Nec male cōcepta mutabo, nec male cepta. Et ad hāc reducunť hereſis, & apoſtaſia, infidelitas & obſtinatio. Curioſitas ad quā reducunť oīa, ſupſtitio, ſortilegiū, ydolatria, auguriū, & oēs artes magice, nigromantice, & notorie. Singularitas, q̄ eſt qñ qs vita cōi deſpecta, elegit ſibi obſeruātias ſingulares. Scda ꝼlia ſupbia eſt inuidia. ſ. diſplicentia de bono alterius. Vñ verſus. Proſpera dū video ꝑtinus iuideo. Hec aūt ſic diffinitur. Inuidia eſt dolor aī ex aliena ꝓſperitate renaſcēs, aīum torquens Habet āt has filias. vꝫ. Prima eſt odium, ſeu mala voluntas cōtra ꝓximum & ſic diffinit. Odiū eſt inueteratus rancor aī. Suſurratio, que cōſiſtit in deprauatione fame alicuius in occulto. Vel aliter. Suſurratio cōſiſtit in hoc, ꝙ aliquis ponit diſcordiam inter amicos, vñ de ſic diffinit. Suſurratio eſt inter amicos diſcordiam ſeminare. Detractio, q̄ cōſiſtit in hoc, ꝙ aliqs aliquem diffamat in manifeſto, & ſi diffinit. Detractio eſt bonā famā alterius denigrare: ad hāc reducit calūnia, falſum teſtimoniū, & mendatiū. Deprauatio, q̄ eſt bona alterius ꝑuertere. Inuidentia fraterne grē q̄ eſt ꝓſperos ſucceſſus alterius nolle videre. Plauſus: q eſt in aduerſis proximi gaudere. Dolor, qui eſt in proſperis ꝓximi de bono illius cōtriſtari. Tertia filia ſupbie eſt ira. q̄ cōſiſtit ī inordinato appetitu vindicte: qñ. ſ. homo cō turbatione animi in eo a quo extimat ſe leſum cōtra ordinem rōnis appetit fieri vindictam, & plus puniri q̄ meruerit, vnde verſus, Nulla fugit dira mea mens dum feruet in ira, diffinitur autē ſic, Ira eſt ſubita animi tēpeſtas, qua quis mouetur verſus aliquem. He ſunt aūt filie ire. Clamor de quo verſus. Pacem corrumpo, clamore ſilentia rumpo, ad hanc reducuntur litigium, & murmur. Rixa, que eſt animi motus in diſcordia, vnde verſus Semper immittens genero per iurgia lites, ad hanc reducuntur bellum iniuſtū, ho-

micidiũ,i iuſta verba,cominatio,litigatio. Cõtumelia q̃ eſt irrogatio cõtumeliarum vel couitiorum,qñ ſcilicet ali quis deducit in notitiã aliorũ id qđ eſt cõtra honorẽ ali cuius, ad hanc reducitur maledictio. Blaſphemia, que dicit. Morem ſeruo meum, dum maledicio deum. Indi gnatio que conſiſtit in paruipenſione perſone,a qua exti mat quis ſibi illatam iniuriam. Tumor mentis qui dici⸗ tur. Interius mentem tacito facit ira tumentem. Diſcor⸗ dia que eſt aliquorum diſſenſio, quos amoris vinculum colligauit: Iniuria que eſt dicto vel facto animi aliquo iniuſte agere. Impatientia que eſt animi motum impetuo ſum non refrenare. Proteruitas eſt ſubitaneo motu in verba prorumpere. Malicia eſt, qua aliquis alteri dam num mollitur: Nequitia eſt cũ quis audet, qđ non poteſt. Malignitas eſt mala voluntas ad malũ, cũ mala facere non poſſit. Furor eſt inueterata animi tempeſtas in ra⸗ tionem proſiliens. Quarta filia ſuperbie eſt accidia que cõſiſtit in tedio: ſeu triſtitia alicuius boni, maxime in la⸗ boribus ſpiritualib⁊, vnde ſic diffinitur. Accidia eſt ani⸗ mi torpor, quo quis bonum timet inchoare: aut inchoa tum conſumare. Huius filie ſunt he. videlicet, triſtitia: qua ſcilicet homo efficitur ſibiipſi tedioſus, vt de bono aliquo faciendo cogitare non poſſit ſine amaritudine, & diſplicentia, vñ verſus. Triſtitiam genero, nihil preter tedia quero. Itẽ triſtitia, q̃ eſt qñ homo a bono icepto vel deliberato deſiſtit ſine rõnabili cã, ad hanc reducitur pi⸗ gritia, incõſideratio & p̃cipitatio. Puſillanimitas q̃ eſt ai anxietas, q̃ qs timet aggridi magna vñ verſus. Viribus heo careo fracta vigore meo: Deſperatio q̃ dicit. ỽ. Heu qa deſpero, ſine ſpe ſemp ero. Torpor circa bonũ, qui di cit. nec mihi virtutis amor eſt, nec cura ſalutis, & diffini tur ſic. Torpor eſt cũ qs nimis negligens eſt ad exequen dum illud qđ debet exequi, ad hũc reducitur negligẽtia euagatio mẽtis que eſt qñ quis ſi mẽte diſtrahitur, ꝙ nõ curat ad aliqđ bonum cõfugere & ponere mentem ſuã vñ verſus. Quem ſcio triſtari facio quoq; mẽte vagari.

Improuidentia eſt mentis obtenebratio, qua quis nimis improuidus eſt circa aliq̄ futura ꝯſiderāda. Incircunſpectio eſt negocii circūſtantias nō diligēter examinare. Tepiditas eſt remiſſe circa bn̄ agēda ſe hr̄e. Ignauia eſt ad bonū nō aſſurgere feruēter. Quinta filia ſupbie eſt gula q̄ cōſiſtit inordinatione cibi & pot⁹. vn̄ verſus. Hec mihi ſunt epule que ſcio grata gule, & ſic diffinit̄. Gula ē in cibo & potu ſupflu⁹ vſus. Huius aūt filie ſunt he. vȝ. Guloſitas q̄ eſt exceſſus in cibo. Ebrietas q̄ eſt exceſſus i potu. vn̄ verſus. Nauſeo poſt iterū, plus bibitura merū. Inepta letitia, q̄ cōſiſtit in hoc ꝙ pp inordinationē cibi & potus mēs ꝑiculoꝝ ſuoꝝ ignara ſecura efficit̄, & iordinate iocūda. vn̄ verſus. In ſe deſpecta, de reletat̄ iepta ad hāc reducit̄ ꝓdigalitas. Scurrilitas q̄ eſt curialium cibos q̄rere. vn̄ verſus. Eſcis magnatū ſcurrantis meſco pallatum. Immunditia, vnde verſus. Corpore vel corde nunq̄ manet ſine ſorde. Multiloquium. vn̄ verſus Sepius offendo q̄ non ſunt apta loquendo. Ebetudo mentis, que dicit hunc verſum. Eſt hoīs plenus ſenſus rōni egenus, qn̄. ſ. pp exceſſum cibi & pot⁹ itellectus hebetatur, & ad hanc reducit̄ inuerecundia, q̄ eſt verba feda, & turpia ꝓferre. Immodeſtia, q̄ eſt corpis ornat⁹, & vane ſuppellectilis vſus imoderatus. Immoderātia, q̄ eſt nimio appetitu ciboꝝ inherere. Inabſtinentia, q̄ eſt tps cibandi ꝑuenire Inhoneſtas, q̄ eſt fercula fortia q̄rere, & in eis attentius opam dare. Sexta filia ſupbie eſt luxuria, q̄ ꝯſiſtit in libidinoſo appetitu, & vſu venere voluptatis: q̄ dicit. Seruio ſic veneri, ꝙ honeſta nolo teneri, q̄ ſic diffinit̄. Luxuria eſt incontinētia corpis ex pruritu libidinis naſcens. Hȝ āt has filias. Prima eſt cecitas mentis q̄ dicit. Mens excecat̄, q̄ luxurie famulat̄. Scd̄a eſt amor ſui, que dicit. Solū curo mei, nec cura eſt mihi dei, qn̄. ſ. qs momentaneam delectationē ꝑponit honori diuino, & epulis ſempiternis. Tertia eſt odium dei qd̄ cōſiſtit in hoc, ꝙ hō nolet deū eſſe vltorē ſue malitie, & deteſtat̄ deum, qr p̄ſtat ſibi impedimētū ꝑ p̄ceptū cōtrariū, nec corporalibus volupta

tibus per fruatur ad votum. Hec dicit. Heu mihi, que ne queo poſſe placere deo, Quarta eſt affectus pñti ſeculi, qñ ſc; hõ appetit ſemp viuere, vt in ſuis voluptatibus poſſit ꝑpetuo remanere. Hec dicit. Mens mea capta vanis preſentib⁹ eſſet inanis. Quinta eſt horror futuri ſeculi. ſ. qñ qs delectationes carnis ꝑpouit vere beatitudini. Sexta eſt ꝑcipitatio que dicit. Nõ bñ diſcernit quẽ ꝑcipitatio ledit. Septima eſt incõſideratio q̃ dicit. Nõ video vere, nec verũ curo tenere. Ponũtur ãt luxurie. vii. ſpẽs. Prima eſt impudicitia, q̃ cõſiſtit in imundis aſpectib⁹, tactib⁹ oſculis, ⁊ locutionib⁹. Scđa eſt fornicatio, q̃ cõſiſtit in cõiũctione carnali inter ſolutũ & ſolutã, Tertia eſt ſtuprũ. ſ. defloratio virginis exñtis ſub cura parentũ. Quarta eſt rapit⁹ qñ. ſ. puella violẽter educit̃ đ domo pr̃is, Quinta ẽ adulteriũ qñ cõmiſcet̃ cõingatus cõiugata vel non cõiugatus cũ cõiugata, & ecõuerſo. Sexta dr̃ inceſtus, q̃ cõſiſtit ĩ abuſu actus carnalis inter ꝑſonas cõſãguinitate cõiunctas. Septima eſt vitiũ cõtra nãm, que h; q̃tuor differẽtias: q̃ ſunt mollicies, ſodomia, abuſus, beſtialitas. Sciendũ ãt ꝙ deliberatus cõſenſus ſiue ĩ actũ luxurie, ſiue in delectationẽ, quã qs q̃rit in cogitatiõe moroſa de actu vel de circunſtantiis ei⁹, q̃ aggrauant pctm̃ mortale. Septima filia ſupbie eſt auaritia, q̃ cõſiſtit in inordinato appetitu tẽporaliũ. ℣. Eſtuat in cupidos ꝓ me ſine lege cupido. Sic aũt diffinitur. Auaritia eſt peſtis aĩe circa diuitias. Hui⁹ aũt he ſunt ſpẽs. v; . Symonia, que eſt ſtudioſa voluntas vẽdẽdi vel emendi aliqđ ſpũale vel ſpũali annexũ. Vſura, q̃ eſt emolumentũ qđ cunq; ſorti accidẽs. Latrociniũ, qđ eſt violenta vſurpatio rei aliene inuito dño. Furtũ eſt latens cõtrectatio rei aliene inuito dño Rapina, q̃ eſt violẽta ꝑdatio rei aliene. H; aũt has filias. Prima eſt ꝓditi, q̃ dicit. Hũc me diligere ſimulo, cui q̃ro nocere, in bonis. ſ. tpalib⁹. Ad hãc reducunt̃ adulatio, acceptio pſonaꝝ yronia, ꝑuaricatio, iniuſtũ iuditium. Scđa eſt fraus: ſeu dolus: qñ. ſ. aliqs cautelis & fraudulẽtis ſpoliant ꝓximũ bonis tpalibus. Artes fallendi doceo, laqueũq; no

cēdi. Tertia eſt fallacia que differt a fraude, qr fraus cōſi ſtit in facto, fallacia in verbo, qñ.ſ.in verbis exqſitis qs aufert bona ſua alteri. Quarta eſt periuriū q̄ dicit. Non q̄cū iuro rem verbis addere curo. Quinta eſt inqetudo qñ.ſ.qs habet ſollicitudinē, & curam exqſitam ſuperfluā circa tēporalia acquirēda, Vñ verſus. Nil agit hec lete niſi qđ facit abſq quiete. Sexta eſt violentia. qñ.ſ. dño inuito res aliena occupatur. Et ad hanc reducitur furtum, rapina: ſacrilegium. incendiū: vſura, ſymonia. Vñ. verſus Dat manus armata que mihi ſunt pro pace negata. Septima eſt obduratio cōtra miſericordiam, qñ ſcilicet hō ſic afficitur bonis tpalibus ꝙ non finitur manum beneficam indigenti aperire. Vñ verſus. Sepe cor induro ꝙ tabe cupidinis vro, Contra ſupradictas filias ſupbie.ſ. ſeptē peccata capitalia ponuntur: vii. virtutes. vȝ. humilitas cōtra ſupbiam: patientia cōtra iram: amor proximi cōtra inuidiā: largitas cōtra auaritiam, diligētia cōtra accidiā abſtinentia cōtra gulam, caſtitas cōtra luxuriā. Cōtra etiam ṗdicta ſeptē peccata mortalia Chriſtus in cruce pēdens dixit. vii. verba, vȝ. (Pater ignoſce illis quia neſciunt qd faciunt.) cōtra iram (Hodie mecum eris in paradiſo. (contra auaritiam. (Mulier ecce filius tuus) Deinde diſcipulo. (Ecce mater tua.) cōtra inuidiā. (Heli hely lamazabatani.) cōtra accidiam. (Sitio.) cōtra gulā. (Cōſumatum eſt) cōtra luxuriā. (Pater in manus tuas commendo ſpiritum meū.) cōtra ſuperbiam. ¶ Notandum vero ꝙ duplex eſt peccatum. ſ. originale, qđ cōtrahimus ex vtero cum carne propter tranſgreſſionem primorū parentum, & actuale & illud eſt duplex, qa quoddam eſt veniale, & quoddam mortale differunt aūt, qa mortale repugnat charitati, & non ſtat cum ea ſimul, vnde qđ eſt cōtra dilectionē dei & ꝓximi eſt peccatū mortale, veniale aūt non aufert charitatē neqȝ repugnat deo. nec ꝓximo. Scđo, qa mortale dicit inordinationē circa ea, que ſunt a finem illum. Tertio: qa pctm̄ mortale meretur penam eternam, & eſt irreparabile per naturā, ſed veniale mere-

tur penam tꝑalem, & eſt reparabile. Vnde differunt ſicut infirmitas que eſt ad mortem & eſt irremediabilis ꝑ naturam & infirmitas que poteſt per naturam curari.

¶ De excõmunicatione maiori & minori. Cap. 20.

Excõmunicationis ſunt due ſpẽs. ſ. maior & minor. Minor ſeparat a ꝑceptione & miniſtratione ſacro rũ: ſed non ab ingreſſu eccleſie, nec a cõione fidelium, & iõ ſemper anteq̃ quis abſoluatur a peccatis vel cõionem recipiat vel quali ercũq; participet ſacris, d; abſolui a minori excõicatione, ſi eam incurrit. Maior aũt excõicatio ſeparat hiem ab oĩbus ſacris & ab ingreſſu eccleſie, & a cõione fidelium Vnde verſus. Os orare valle cõio menſa negatur, os. i. ne detur oſculum ei, orare, ne cum eis oretur, vale ne ſalutetur, cõmunio in ſacris uel in aliis ſpiritualibus, ne aliquis cum eis cõmunicet menſa, ne aliqs cum eis comedat. Eſt autem ſciendum ꝙ excõicato licet cõmunicare in caſibus in hoc uerſu cõtentis: Vtile lex humile res ignorata neceſſe, poteſt enim hõ loqui cũ excõicato de his que faciunt ad ſalutem, & ẽt alia uerba interſerere ut facilius ſalutis uerba ex familiaritate recipiat & ad hoc refertur utile. Item uxor põt participare uiro excõicato & ad hoc refertur lex. Itẽ filia non emancipati & ſerui, ſi ante excõicationẽ ſe ſubderint, poſſunt participare patribus, & dñis excõicatis. & generalr ꝑſona, ad quã qualitercunq; ꝑtinet ꝓuiſio alterius: & ad quam ẽ obligatus ante excõicationẽ põt tali participare, & ad hoc refertur humile. Item qñ ignoratur excõicatio & quantum ad hoc ponitur res ignorata. Item ſi excõicatus ſi in extrema neceſſitate, qa ẽt ex ꝑcepto charitatis teneť hõ ei ꝓuidere, & quantũ ad hoc poniť neceſſe. Peregrini etiam & uiatores in terra excõicatorũ poſſunt ab eis emere neceſſaria, & accipere elemoſſinam. Fr̃es ẽt noſtri ꝑdicatores ex priuilegiis pñt accipere elemoſynas ab excõicatis, & comedere cum eis. Item ſciendũ ꝙ excõicato maior ferr nõ d; niſi ꝓ pcõ mortali. Itẽ excõicatio iniuſte lata ẽ ſernãda & eſt ei humilr obediẽdũ: & erit ad meritũ: humili

eas enim merito recõpenſat excõicatiõis dãnũ: talis aũt d; pro abſolutione ad ſuperiorẽ iudicẽ recurrere ſi ãt cõ tẽneret: mortalr̃ peccaret, qui aũt iniuſte excõicat, peccat Item ſciẽdum. ꝙ q̃uis minor excõicatio incurratur pro omni peccato notorio, & in multis aliis caſibus, tñ princi palius, & cõius incurrit̃ pro participatione cũ excõicato maiori excõicatione: ſi ãt aliq̃s eẽt excõicat⁹ maiori excõi catiõe cũ oĩbus participãtib⁹ ei, tũc eſt difficilius: qui aũt excõicato participat in crimine, ꝑ quo excõicatus eſt, in currit eandẽ ſnĩam. Itẽ ſciendũ: ꝙ participans excõicato in diuinis, vel in cõtemptũ eccleſie, peccat mortal. Itẽ ſciẽ dũ, ꝙ a minori excõicatione põt abſoluere ꝓprius ſacer dos vel ille, q põt a peccato abſoluere, aliq vero dicunt ꝙ qlibet ſacerdos hñs claues põt abſoluere, maxime ſi ha beatur lnia a ſupiori, & iõ tutũ eſt, vt frequẽs euẽtes extra cũ ſocio nõ ſacerdotes, petant hmõi lniam. A maiori ãt ſolũ põt abſoluere vel ille, q eam tulit vel ſupior vel ille cui cõmiſerit, ſi ſnĩa ſit lata a iudice: ſi autẽ ſit lata a iure, abſoluit̃ a papa. ſi abſolõnẽ in canone reſeruauerit, als epĩ pñt abſoluere, & in aliqb⁹ caſib⁹ ſacerdos ꝓprius.

¶ Cenſure aũt, ſiue excõicationes, q̃dã ſunt reſeruate pa pe, q̃dã epõ. Cẽſure aũt reſeruate pape ſunt iſte, v; . Cõ ſpirãtes in ꝑſonã vel ſtatũ dñi pape, ẽt ſi non ſequatur effectus, ſeu cuiuslibet offenſe: inobediẽtia, aut rebellio. nis eiuſdẽ põtifices vel dicte ſedis, in ꝓceſſu annuali.

Falſantes bullas, ſeu literas apoſtolicas, & ſupplicatio nes grã vel iuſtitiã ↄtinẽtes ſignatas p dñm papã vl vi cecãcellariũ, aut eorũ vicegerẽtiũ, in ꝓceſſu annuali: ibi.

Signantes ſupplicationes nomine ſummi pontificis, vel officii vicecancellarie.

Excommunicati nominatim a papa.

Radẽtes aliqd vel emendantes in lrĩs pape. Hoſtienſis.

Inſecutores hoſtilr̃ cardinaliũ vel alicuius clerici vel reli gioſi de familia pape vel cardinalium. Item capientes vel percutientes vel mandantes id fieri, ſeu ſocii facien tium. Item factum ratum habentes vel dantes eis con

filium:auxilium vel fauorē. Item qui tales receperint vel defenderint, in.c.felicis de pen.lib.vi.

Percutiētes, capiētes vel banniētes temere vel iniurioſe epiſcopum, ſeu predicta fieri mandauerit uel ab aliis facta rata habuerit uel ſocius fuerit aut cōſilium, fauorem vel defenſionem dederit eiſdem,

Item officiales, qui in aliquo predictorum fuerint culpabiles, in clemen.i.de pen.

Violatores eccleſiaſtice libertatis, & maxime q imponūt collectas vel onera, aut grauamina realia vel pſonalia abſq; lanima Pape eccleſiis uel eccleſiaſticis perſonis, & qui exigit, & qui exigere faciunt, in proceſſu annuali.

Occupantes, detinētes uel hoſtiliter diſcurrētes, ſeu inuadentes terras eccleſie per ſe uel per alterū fautores, & defenſores eorunden, ac eis dantes conſiliū, auxiliū uel fauorem, in proceſſu annuali.

Qui in terris ſuis noua pedagia imponunt uel prohibita exigunt, in proceſſu annuali.

Faciētes ſtatuta ꝯtra eccliaſticā libertatē, ſcriptores eorūdē ſtatutorū, poteſtas. cōſules uel rectores ⁊ cōſiliarii locorū ubi hec ſtatuta adita fuerūt, q iudicāt ſm ṕdicta ſtatuta, q iudicata redigūt in publicā formā. Itē ſtatuarii nō delentes de libris talia ſtatuta, in proceſſu annuali.

Qui ſine licētia ſedis apoſtolice aſſentiunt nominatiui, electioni uel aſſumptioni inſenatorem, capitaneum uel patritiū aut rectorē uel ad regimen urbis rome.

Qui electus in ſenatorem uel &c. ut ſupra, ſi ultra annū uel annuale ſpacium de tali officio ſe inpediuerit.

Qui taliter aſſumptis ſine licentia, ut ſupra intendunt uel obediunt, qui tales modo predicto elegerunt, nominauerunt uel aſſumpſerunt.

Qui dant auxilium, cōſilium uel fauorem publice uel occulte tam nominationibus & aſſumptionib⁹ ꝙ nominatis & aſſumptis, extra de elec.c.fundamēta.lib.vi.

Domini, qui prohibent ſubditis ſuis, ne vendāt clericis uel coquant uel huiuſmodi, in proceſſu annuali.

Impedientes,ſeu inuadentes victualia,ſeu alia ad vſum roman e curie neceſſaria adducentes & talib⁹ dantes cõſilium auxilium vel fauorem,in proceſſu annuali.

Exigentes uel exigi faciētes pedagia uel gabellas a pſonis eccleſiaſticis per reb⁹ ſuis uel eccleſiarꝝ quas nō cauſa negociationis deferunt,in proceſſu annuali.

Mutilantes uulnerantes interficientes ſeu capientes & detinētes ſiue depredātes romipetas,& peregrinos ad urbem cauſa deuotionis & peregrinationis accedētes & in ea morantes vel recedētes ab ipſa & his dātes auxilium, conſilium vel fauorem,in pceſſu annuali.

Q ui remeritate ppria capiunt ſpoliant & detinēt aut ex propoſito deliberato verberant,mutilāt vel interficiūt vel fieri faciunt uel mandant eos qui ad ſedē apoſtolicā ueniunt uel recedunt ab ea,in proceſſu annuali.

Omnes illi qui per ſe uel p alias q̃ſcunq; pſonas ſeculares uel eccleſiaſticas ad romanam curiā ſup eorū cauſis recurrentes,illaſq; in ea pſequentes aut pcurantes uel pcuratores ipſorꝝ uel aduocatos ſeu iudices ſup dictis cauſis deputādos occaſione cauſarꝝ ul̓ negociorꝝ hmōi uerberant mutilāt uel occidūt aut bonis ſpoliant & talibus dātes auxiliū cōſiliū uel fauorē in pceſſu ānuali.

Omnes illi,qui ne pareatur lr̄is aut mādatis aplicis,& legatorꝝ & nūciorū,& iudiciū delegatorū eorūdē grām uel iuſtitiā cōcernētib⁹,decretiſq; ſup eis,ꝛ re iudicata, ſeu pceſſib⁹ executorialib⁹,nō habito prius eorꝝ beneplacito & aſſēſu ne ue tabelliones ꝛ notarii ſup hmōi literis & pceſſibus executorialibus inſtrā ſeu acta cōficere aut cōfecta parti,cuius intereſt,tradere ſub grauiſſimis penis phibere ſtatuere,ſeu mādare pſumūt ꝛ cōtra dantes auxiliū cōſiliū uel fauorē,in proceſſu annuali.

Subtrahentes ſe ab obediencia romani pōtificis vel dantes cōſiliū auxilium uel fauorem,in pceſſu annuali.

Pyrrhate & curſarii marini ,& eos receptātes uel dātes eis auxillum uel fauorem,in proceſſu annuali.

Oēs qui iuriſdictionē ad eccleſiaſticas pſonas pertinen

tes vſurpant p ſe vel alios directe vel indirecte: dantes auxilium ꝯſilium vel fauorem in ꝓceſſu annuali.
Abſoluentes a caſibus: qui in proceſſu annuali curie, in proceſſu annuali.
Exenterantes & in fruſta incidētes corpus mortuū & in aqua coquentes vt oſſa ſeparent a carnibus ut ad aliū locum ſepeliendum deferatur. Bonifacius. 8.
Accedentes ad ſepulcrū domini ſine licentia pape in libro penitentiarie.
Clerici ſcienter & ſponte in diuinis tam in eccleſia q̄ alibi participantes cū excōicatis iudicialiter a Papa: de ſenten. excom. c. ſignificauit.
Clerici vel religioſi inducētes aliquem ad vouēdum vel iurandū vel pmittēdum de eligēda ſepultura apud eoꝶ eccleſias vel electa mutāda. de peni. c. cupiētes. in cle.
Deferētes equos: arma ferrum lignamina: & alia ꝓhibita infidelibus, in proceſſu annuali.
Excōmunicati ex generali ſnia ſuorū dioceſanoꝶ: habētes lr̄as apoſtolicas falſas, niſi infra. xx. dies poſt q̄ ſe cognouērint hr̄e literas falſas, illas deſtruxerint, aut de ſignauerint, nō poſſunt abſolui poſt lapſum. xx. dierū niſi a ſede apoſtolica. de crimi. fal. c. dura.
Religioſi cōferentes ſacramēta communionis vel extreme vnctionis ſine licentia parrochialis.
Religioſi ſolemnizantes matrimonia.
Religioſi abſoluentes excommunicatos a iure vel a conſtitutionibus ſynodalibus aut a culpa, & pena depriui leg. religioſi. in clemen.
Religioſi abſoluentes a caſibus & cenſuris in extrauagātibus reſeruatis: Sixtus. 4.
Religioſi mendicātes tranſeuntes ad ordines non mēdicantium: preterq̄ ad cartuſienſes, Martinus. 5.
Religioſi nō mēdicātes recipiētes ad ordines ſuos fr̄es mēdicātes etiā hn̄tes literas, apl̄icas Martinus. 5.
Magiſtri excludentes fratres predicatores a ſtudio pariſienſi. Alexander. 4.

Qui libellos famoſos vel rithmos faciunt cõtra ordinē predicatorũ vel minorum: Alexander.4.

Dicentes vel defendentes: ꝙ fratres predicatores: & minores non ſunt in ſtatu perfectionis: & ꝙ non licet eis de elemoſynis viuere: aut ꝙ non poſſunt predicare vel confeſſiones audire: Alexander.4.

Facientes damnabilem violentiam in locis fratrum predicatorum. Clemens.4.

Intrantes monaſteria ſororꝫ ordinis p̄dicatorũ & minorũ in caſib⁹ nõ cũceſſis: Bonifacius.9. quantũ ad p̄dicatores: & Eugenius.4. quantum ad minores.

Domini tpales: & ēt epi: q cognunt aliquē celebrare tp̄e generalis interdicti vel cũ cãpanis vel voce p̄conia excõicatos vel interdictos vocant ad diuina vel qui ꝓhibent excõicatis & interdictis: ne de eccleſia recedãt: dũ miſſarum ſolemnia aguntur: cum a celebrantibus fuerint requiſiti generaliter vel ſpecialiter: vt exeant.

Interdicti vł excõicati publici poſtq̄ fuerit moniti noiatiꝫ a celebrantib⁹: vt exeant: ſi nõ exierint ſũt excõicati & abſolutio pape reſeruatur: de ſen. excõ. grauis in cle.

Symoniaci quicunq; in ordine & beneficio: Martinus: Eugenius: Paulus: Sixtus

Facientes pactum in curia pro gratia conſequenda.

Qui ſciuerit aliquem cõmittere ſymoniam ī curia: & nõ denunciauerit pape vel alii ab ipſo deputato īfra duos menſes. Eugenius.4.

Recipientes aliquid pro ingreſſu monaſteriorũ: Vrbanus.5. in extrauaganti. ne vinea.

Incidentes in hereſim condemnatam vel nouã inuenientes: & eorum credentes defenſores: receptatores: fautores: & qui vicleuiſtis hereticis deferunt arma: & victualia quecunq; & veſtes: in proceſſu annuali.

nquiſitores: qui cõtra conſcientiã omiſerint ꝓcedere cõtra aliquē hereticũ vel alicui iniuſte crimē hereſis ī poſuerint vel vexauerint: de hereticis multorum: in cle.

Initiens enormiter manus violētas in clericum vel religioſum:

gioſum: pfeſſum, nouiciũ vel cõuerſum, ſecularẽ traden-
tẽ ſe & ſua: honeſte viuentẽ & audientẽ horas: Itẽ cleri-
cũ cõiugatũ, nõ bigamũ: incedentẽ in habitu clerici. Item
depoſitũ verbal'r tm̃. Itẽ p ſaltum promotũ. Item excõi-
catum. Itẽ incedẽtem ſine habitu clericali añ admonitio
nem. Item clericus ex ira ſeipſum percutiens. eſt excõica-
tus excõicatione Papali. xvii. q. 4. c. ſiquis ſuadente.
Detinentes clericum, qui ſuas vel alienas res iam ad lo-
cũ deſtinatum deportauerit: ſecus ſi in via ipſum portã
tem dictas res videat.
Percutiens clericum ſubiicientem ſe verberimus pro ali-
qua emenda offenſe commiſſe vterqꝫ tam percutines ꝙ
percuſſus eſt excommunicatus.
Dettinens clericũ per vim in vinculis.
Obſidẽs caſtrꝝ, in quo ẽ clericus, vt pſona clerici violetur.
Seruantes clericum incluſum in domo mulieris propter
eius confuſionem.
Omnis mandãs clericum percuti vel detineri ſi effectus
fuerit ſecutus.
Ratã habens percuſſionẽ clerici ſuo noie factam
Valens defendere cleri cum ſine ſuo damo, & periculo, &
non defendens.
Spuẽs ĩ clerium: ledẽs cum pede, aquã piiciẽs ſuper eum.
Detinens eũ per panos vel frenũ equi: ne ſecurus habeat
vel ledens in aliqua parte corporis animo iniuriandi.
Auferens vi de manu clerici quãcumqꝫ rem.
Occidẽs equum cui clericus inſidebat vel lacerãs veſten q
bus clericus erat ĩdutus ſecus de atiis veſtibus.
Inſequẽtes clericũ, qui vt euadat proiiciet ſe ad aquam.
Omnes iſti ſuprapoſiti ſunt excõicati, & abſolutio reſer-
uatur Pape vel eius legato, ſi fuerit enormis.
¶ Caſus in qbus pcutiẽtes clericum nõ eſt excõicatus.
Non eſt excõicatus pcutiens clericum incedentẽ in habi
tu ſeculari, quẽ pbabili ignorantia ignorauit clericum:
Item percutiens clericum nõ ferentem habitum clericalẽ:
& arma portantem poſt trinam monitionem.

Percutiens clericum iocando & non ſuadente diabolo.
Magiſter docens,& moderate verberans.
Defendens ſe a clerico ipſum impugnat cū moderamine inculpate tutulle.
Percutiens clericū ob tuitionem pr̄is,mr̄is & oīum de familia ſua ēt extraneorum ẜm Innocentium.
Defendēs rem ſuā a clerico cō moderamine inculpate tutelle,ſi aliter non pōt,niſi percutiat clericum.
Inueniens clericuū cum matre,vxore,filia,ſorore,in adulterio vel ſtupro vel etiā in loco ſuſpecto amplexantem, & deoſculantem eam vel ad opus carnale ſe preparantem vel imediate poſt perpetratum opus carnis,non eſt excōmunicatus,ſecus ſi cum interuallo,
Mulier impudice tacta a clerico ſe defendens,ſi clericum percutiat.
Prelatus,qui auctoritate ſue prelationis moderate p ſe, vel per alium clericum verberat.
Seniores eccleſie percutientes pueros clericos cauſa correctionis modeſte.
Dominus domus pcutiens clericum inferiorū ordinum.
Propinqui corrigentes clericos propinquos ſuos.
Pater percutiens filium in minoribus cōſtitutum modeſte,ſecus ſi in maioribus.
Initiēs manū in clericū depoſitū,& traditū curie ſeclari.
Percutiens clericum bigamum.
Percuciens clericum ſine delibreratione , ſed ex abrupto, licet ſit turbatus.
Omnes iſti ſuprapoſiti percutiētes clericos non ſunt excommunicati.
Infraſcripti pcutientes clericos pn̄t ab epo abſolui.
Exiſtens in piculo mortis,vt infirmus hoſtem hn̄s,ẜdonē timens,pricipis crudelitatē pauens ; ſi nauigaturus eſt ſi, per loca inſidioſa tranſiturus,obſidens,& obſeſſus vbi machine iaciuntur,& baliſte.Ita tn̄,ꝙ ſi periculum euaſerint,tenentur ſe pape preſentare.
Hoſtiarius leuiter clericum officii ſui gratia pcutiens.

Officialis arcendo turbam,ſi clericum non ex propoſi-
to percuſſerit.
Capiens clericum contra ſe armis irruentem.
Similiter etiã eps iudicabit,an ſit mittẽda ad Papã vel
non,ſi ſit ſenex & valitudinarius.
Si puer ita ꝙ oporteat ipſum mendicare.
Si membris deſtitutus,ꝙ non poſſit accedere ad ſedem
apoſtolicam
Si in infirmitate perpetua vel tẽporali ,de qua ſi iret mor
tis periculum timeretur.
Si regularis regľarẽ vel regľaris ſecľarẽ clericũ ꝑcuſſerit.
Filii & ſerui niſi ꝑ magna,& enormi ꝑcuſſiõe & ſi filii ſũt
impuberes,& ſerui ſeruilis cõditionis nõ ſunt mittendi
Clerici,qui ſub eodem tecto dormiunt,& cõmuniter vi-
uunt Moniales.
Hoſpitalarii ſancti Ioannis hieroſolymitani.
Inferentes leuen iniuriam clericis,
Oẽs alios caſus ab iſtis papa ſibi reſeruat vel legato ſuo.
¶ Cenſure epiſcopis & dyoceſanis reſeruate.
Contumaciter aſſerentes Romanã eccleſiam non eſſe ca
put oium eccleſiarum:diſt,xix.c.nulli fas.
Si tñ hoc ita veraciter teneret crederet,& affirmaret,eſſet
hereticus,& abſolutio pape reſeruata eſſet.
Vtentes literis papalibus falſis ſcienter.
Retinentes eas,& non lacerantes.
Layci recipiẽtes in curia bullas nõ de manu pape vel de
putatorũ vel ꝑ nunciũ recipientẽ de manibus eoꝝ, qñ
eſt perſona magne auctoritatis,de crimi.fal.dura.
Electus minus q̃ a duabus partibus cardinaliũ,ſi tali ele
ctioni aſſentit,& oẽs recipientes eum de elec.c.licet.
Impugnantes literas electi in papam ante eius corona
tionem,benedictus.xi.in extrauaganti.
Qui loquunť ſecrete vel mittunt literas vel nuncium ad
aliquem cardinaliũ ,dum ſunt in cõclaui occaſione ele
ctionis pape,de ele.vbi periculum.lib.vi.
Domini,& officiales,qui nõ ſeruant contento in.c.de ele

pape ſupra allegato, vbi periculum vel circa ipm̄ frau-
dem, cōmittunt, ibidem.
Principes, ſenatores. cōſules, q ifra mēſem a die notitie
de delicto cōmiſſo cōtra cardinales vel familiares pape
& ipſoꝝ cardinaliū non faciunt iuſtitiā ſm cōti nētiam
capitulo felicis de penitē. ſunt excōinicati. ibidem.
Oēs pricipes, & officiales, q tertio admoniti ab epis vel
eccleſiaſticis perſonis recuſant facere iuſtitiam ſuper eo
rum cauſis. xxiii. q. v. c. adminiſtratores.
Omnes officiales, qui euacuant iuriſditionem, & autho
ritatem prelatorum quā habent ſuis. hoibus.
Succeſſores dictorum officialium, niſi infra mēſem erro-
rem ſuorum p̄deceſſorum correxerint de imunita. eccle.
c. non minus, & . c. aduerſus.
Spoliantes naufragos bonis ſuis, niſi ablata reſtituant
q̄ citius poterunt.
Diuerſe opiniones ſunt, au ſit canon late ſentētie de rap.
excommuni.
Vbi pp diuerſitatē inhabitantiū vnus eps non pōt pplo
ſuppler: d; ſibi vicarium ſubſtituere, q pplo ſatiſfaciat, &
talis vicarius d; p oia ſubeſſe epo principali, qui ſi alr
ſe igeſſerint, eſt excōicatus, de offi, ordi. quoniam.
Participans cum excōmunicato in crimine. ꝑpter quod
eſt excommunicatus dādo ei auxilium, conſilium vel fa
uorem, de ſenten. excom. nuper.
Oēs grauātes p ſe uel per alios illos in beneficiis vel aliis
ſuis rebus clericos vel eoꝝ cōſanguineos, quia noluerūt
eligere eum, ꝑ quo rogabant, de elec. c. ſciant cuncti.
Extorquentes abſolutionem a ſententiis excōmunicatio
nis: ſuſpēſionis, & interdicti per vim vel metum de his
que vi me. cau. fi. c. vnico. lib. vi.
Cōpellētes p̄latos vel eccleſiaſticas pſonas ad ſubmittē
dum eccleſias ſubiiciēdo bona imobilia vl iura eccleſiaꝝ
laycis ad cognoſcēdū ſeu ꝑfitēdū ſe retinere ab eis vel
ad ſtatuendum laycos in patronos: ſeu aduocatos eorū
ir ppetuum ſeu ad nō modicum tēpus ſine licētia Pape:

& capituli: de reb. eccle. non alie. conſultiſſimo.

Layci ſi vſurpant vel exiguũt aliquid de reb⁹ eccleſiaſti-cis imobilib⁹ vltra iportationẽ ꝯtractuũ factorum vel faciẽdoꝝ: ſi moniti nõ deſtiterint: ẽt taliter ablata reſti-tuendo de reb. eccle. nõ alie. c. conſultiſſimo.

Impediẽtes litigare ĩ foro eccleſiaſtico corã delegato vł quocũq; alio iudice eccleſiaſtico in cauſis, q̃ de iure vel ꝯſuetudine pñt ibi exerceri, de imu. eccle. c. qm̃. li. vi.

Impedientes ſequeſtrationẽ vel fruct⁹ ſequeſtratos oc-cupantes poſt vnam diffinitiuam ſententiam apud ſe-dem apoſtolicam promulgatã ſuper aliquo beneficio, ẽt ſi nulla foret. in clemen. vnica de ſequeſtra.

Procurantes, ꝙ cõſeruatores ſe intromettãt de aliis quã de manifeſtis iiuriis: & exigentib⁹ iudiciariam poteſta tem de offi. delega. c. fi. lib. vi.

Fingentes caſum fraudulenter, per quẽ iudex vadat vel mittat ad aliquam mulierẽ pro teſtimonio ferẽdo de iudi. mulieres lib. vi.

Cõcedentes repſalias cõtra pſonas eccł iaſticas ſpãliter: vel generaliter, ſi ſunt ſingulares pſone ſunt excõicati. ſi vniuerſitas ẽ ĩterdicta, đ iniur. dam. da. c. vnico. li. vi,

Clerici habẽtes offm̃ vicecomitis vel prepoſiti ſecularis ſi admoniti nõ deſiſtant, de cle. vel mo. c. clericis.

Cõtrahentes mr̃imoniũ cũ cõſanguineis vel affinib⁹ vel monialibus, pfeſſis vel religioſis vel cũ clericis ĩ ſacris ordinibus ꝯſtitutis: tã ipſi clerici & religioſi: vel cõſãgui nei vel affines cõhẽtes, q̃ pſone, cũ qb⁹ cõtraxerit, oẽs ſunt excõicati: in cle. vnica de ꝯſangui. & affini.

Monachi, & canonici regulares, archidiacõi, decani, p̃-poſiti, plebani: cãtores & alii clerici pſonatũ hñtes vel qcũq; p̃ſbyteri, q legẽ vel phyſicã audiũt extra clauſtꝝ niſi infra duos mẽſes redierint. ne. cle. vel mo. c. fi.

Doctores, q legũt leges vel phyſicã: ſi retinẽt in ſcholis ſuis religioſũ, q hitu đpoſito ſue religiõis audire vult leges vel phyſicã, ne cle. vel mo. vt piculoſum. lib. vi.

Religioſi tacite vel expreſſe profeſſi, qui temere habitum

ſue religionis dimittunt.ibidem.
Religioſi,qui ſine licentia ſuorum prelatorum vel ma/ioris partis conuentus accedunt ad ſtudia:ibidem.c. periculoſa.
Religioſi decimas eccleſias debitas ſibi approprian tes vel fraudantes eccleſias circa eas,vel eas ſolui non per mittentes niſi requiſiti deſtiterint infra menſem in cle/men.i.de deci.
Monachi,& canonici regulares,qui non habent admi niſtrationes,ſi intrant curias principũ ſine licentia ſuo rũ prelatorũ vel inferant damnum p̃latis vel monaſte riis.c.ne in agro.de ſtatu mona.in clemen.
Monachi tenentes arma inuaſiua infra ſepta monaſte rii ſiue lnia abbatis.c.ne in agro.de ſtatu mona.
Statutum beginarium aſſumentes vel illum ſectantes in cle.i.de de reli.domi.
Religioſi fauenter beginis,& begine ipſe in clementi.i. de reli.domi.
Religioſi,qui in ſermonib⁹ ſuis retrahunt populum a ſolutione decimarum,vel ſibi ꝯfitentibus non faciunt conſcientiam de decimis ſoluendis,ſi fuerint requiſiti: clemen.cupientes de pen.
Religioſi qui non ſeruant interdictum,quem ſeruat.ma trix ecceleſia:in cle.i.de ſen.excom.
Religioſi mendicantes:qui de nouo domus ad habitan dum recipiunt:vel receptas mutant ſine licentia ſedis apoſtolice de reli.domi.c.vnico.lib.vi.
Fratres minores vel heremitani recipientes fratres or/dinis predicatorum ad habitum ſuum.
Alienantes bona eccleſiaſtica ſeuifeudãtes:ſeu facientes pactũ:ꝙ ipſorũ dñm tranſferat:ac ꝯcedẽtes,hypothe cantes,ifeudantes,aut in emphiteoſim ꝯcedentes,ſeu locantes preterq̃ in caſibus a iure conceſſis
Recipientes tales alienationes,ſeu locationes:Paulus ſecundus in extrauaganti.
Impedientes viſitationem monialium,ſi moniti non de

ſtiterint:de ſta,mo.c.ii.in clemen.

Directe monialium in electionibus niſi abſtinuerint ab his,per que poſſet oriri:vel nutriri diſcordia,de elec.c. indemnitatibus lib.vi.

Magiſtri,& ſcholares tractantes cum aliquo ciue bo/nonienſi de conductione hoſpitii , irrequiſitis inquili/nis,niſi tempus conductionis elapſum fuerit:de lo/ca.& condu.c.i.

Emens rem eccleſie vel aliter acquirens a ſciſmatico.

Tenens beneficium a ſciſmatico.

Innitens ordinationi facte per ſciſmaticum:iſti tres ca/ſus habentur in.c.i.de ſciſmati.

Qui chriſtianũ mandãt iterfici p aſſaſſinos,etiã ſi caſus nõ fuerit ſecutus,& talibus dans auxiliũ:cõſiliũ vel fa uorem:de homi.c.pro humani.lib.vi.

Clerici locãtes domos manifeſtis vſurariis alienigenis ad fenus exercendũ:de vſuris.c.i.li.vi.

Officiales cõmunitatum facientes,vel dictantes ſtatuta ſup vſuris ſoluẽdis:ꝙ nõ reſtituant vel iudicãtes ꝫ il la vel nõ delẽtes,ſi pñt ĩfra tres menſes de lib.cõitatũ, vel illa ſeruãtes,de vſur.ex graui.in clemen.

